

II. 4.

Zu
der öffentlichen Redeübung,

welche Montags den 16. October 1826 Nachmittags um 3 Uhr

in dem grossen Hörsaale

des Gymnasii zu Stettin

veranstaltet werden soll,

ladet

die Beschützer, Gönner und Freunde

u n s r e r S c h u l a n s t a l t

ehrerbietigst und ergebenst ein

Dr. *F r i e d r i c h K o c h*,

Königl. Schul-Rath, Director und Professor des vereinigten Königl. und Stadt-Gymnasii, wie auch
Director des mit demselben verbundenen Seminarii für Gelehrteschulen, Mitglied der Lateinischen
Gesellschaft zu Jena und Ritter des rothen Adlerordens 3. Klasse.

Gedruckt bei Carl Wilhelm Struck.

368634

Książnica Pomorska



0 000031 680882



P. II 08854

16759

Akc. ... Nr 1... 1.6...

De schola,
quae Alexandriae in Aegypto floruit, catechetica,

qualis fuerit,

commentatus est

Car. Frid. Guil. Hasselbach

Professor Phil. D. Societ. lat. Jenens. Sod.

Particul. I.

Quum meae jam partes essent aliquid scribendi ex lege scholis nostris non ita pridem imposita, paullisper dubitabam de sumenda materia, ut a studiis meis non aliena, ita a rebus scholasticis non longe abhorrente. Etsi enim forte argumentum omnino non videbatur deesse, id tamen spectari maxime oportebat, ut aptum esset et consentaneum recepto semel officio. Incideram autem quum de Justino Martyre, ¹⁾ in quem per aliquot annos singularem curam atque operam contuli, diligentius commentarer, etiam in eam quaestionem, an, ut Bonterweckio v. d. nuper visum esset, ²⁾ Justinus unam e tribus philosophorum scholis, quarum sedes Alexandriae in Aegypto fuisse diceretur, candidisset, et velut familiae cujusdam princeps ac parens extitisset. Fieri inde non poterat, quin studiosius simul in ea inquirerem, quae

¹⁾ Futurum spero propediem esse, ut eorum, quae dudum in commentariis premo, primum volumen in lucem proferatur. Simul in animo mihi est, ambas, ut feruntur, Justinii apologias ad omnia, quae in promptu habeo, subsidia accurate recognitas ita junctim edere, ut exemplo Elmenhorstii, qui aliorum virorum doctorum observatione commotus (puta inprimis Petri Colvii in Notis uberioribus ad Apuleji opp. p. 232.) Apuleji apologiam per omnes et libros et codices manuscriptos olim in duo membra divisam continuata iterum oratione conjungendam curavit, diu male discerpta, ac dilacerata, jam quasi sanata iterum et coagmentata componam, unamque ex duabus apologiis restituum.

²⁾ v. Philosophorum Alexandrinorum ac Neoplatonicorum recensio accuratior in commentatt. societ. reg. Gotting. recent. T. V. Class. philol. et hist. p. 227 ss.

de catechetica ibidem schola haud sine magna famae celebritate memoriae prodita essent: atque ubi quae excusseram mecum recolui, statim existimavi habere, in quibus acquiescerem, dubitandique de argumento finem facerem.

Quaquam autem tempus quoddam erat, quum contemplandum potius et considerandum mecum putabam, quatenus in schola ista veritatis quasi exemplum propositum esset, ad quod scholarum, quae nunc sunt, et in quibus species vere christiana non raro desideratur, forma exprimeretur et effingeretur: ³⁾ destiti tamen ab hoc consilio, simulac ne qualis quidem ipsa Alexandrina schola fuerit, satis hodie constare animadverti. Quippe solitus quidem legere veteres, spernere recentiores eo sensu, quo Grotii dictum Ernestius interpretatur, ⁴⁾ minime tamen post paratum exercitus robur quaecumque subsidiarias dedignari copias consuevi. Itaque ne vel actum agerem, vel melius jam explicatum retractando deterius facerem, in manus sumsi libellum, nuperrime ab H. E. F. Guerikio ⁵⁾ editum. Sane doctus ille quidem est, et magna rerum varietate et copia abundans. At ut verum fatear, neque alia ad reprehendendum hic arripiam, in eo, quod de ipsius

³⁾ Non de nihilo profecto querela est, hodieque passim habita de scholis nostris, quas doctas vulgo appellant, ad christianae rationis normam parum directis, neque tam facili negotio compescenda, ut cum viro ingenioso, qui ante aliquot menses veteris disciplinae causam naviter defendit, Fr. Thierschio dicamus, quemadmodum, qui Arabice discat, non Arabs statim fiat, ita neque, qui Graece, Graecum evadere. Vult enim idem ille, qui huic causae patronus extitit, (nec minima haec ipsa patrocinii pars est) non verba tantum inania, ac voces Graecas edisci, sed sensus mentesque Graecas, ut ad humanitatem aetas puerilis informetur, animis penitus imbibi. Quaquam qui radicitus haec ex animis extrahere, qui linguae Graecae usum, si non tollere prorsus, atque ex scholarum finibus exterminare, at restricte tamen praefinire vellet, et nescio qua severitate coërcere, nae ille non scholasticae modo, sed universae etiam publicae rei maximum importaturus detrimentum esset. Quod ne eveniat, ibi certe metuendum non est, ubi non omnes acerbe ad definitam quandam revo-

⁴⁾ Opuscula orator. Lugd. 1762. pag. 42.

⁵⁾ De schola quae Alexandriae floruit catechetica commentat, histor. et theol Hal. Saxonum. 1824. 8.

scholae indole exposuit, tota re auctorem errasse censeo. Non tamen primum hunc fuisse, qui tam graviter laboretur, sed aliorum errantium vestigia legisse, ne omnia conquiram, ex sequentibus apparebit. Etenim jam du Pinus⁶⁾ mira quadam hallucinatione non veritus est affirmare, inde a Marco Evangelista, ecclesiae Alexandrinae conditore, semper Alexandriae theologum aliquem fuisse et scientia et pietate conspicuum, qui sacram scripturam explicaret, artesque etiam liberales doceret. Scilicet praepostere, quod Hieronymus de solo Pantaeno praedicavit (Catal. c. 36.) in omnes ejusdem ecclesiasticos doctores detorquet. Deinde Caveus⁷⁾ singulis du Pinii theologis non contentus, numerum eorum ad collegii amplitudinem adauget, idque professorum collegium,

cantur credendi formulam, non omnes in certum quiddam praescriptum, tanquam in perpetuum ab hominibus datum, jurare coguntur.

In Tertullianum (de idolatr. c. 10.) aliquid commentandi alia offeretur occasio. — Si quis autem ipsius Christianae antiquitatis suffragio periculum Graecarum literarum defendere velit, ei praeter Alexandrinos, velut Clementem, Originem eorumque adsectatores, consulendi etiam alii sint, e. g. Theodoretus in Hist. eccl. 4, 29, ubi Didymus caecus *μαθήματα* ista dicitur *διὰ τῶν ἀκούων εἰσδέξασθαι οὐχ ὡς ἀλήθειαν παιδεύοντα ἀλλ' ὡς ὄπλα τῆς ἀλήθειας κατὰ τοῦ ψεύδους γιγνόμενα*: et Socrates item in Hist. eccl. 3, 16, qui post relatum rem maxime memorabilem duos illos Apollinarios, patrem et filium, cum Imperator Julianus Christianis Graeciae eruditionis consortium eripi jussisset, studuisse quidem Christiano disciplinarum orbe conficiendo damnum resarcire, fratrumque commodis et rationibus prospicere, sed lege mox cum ejus latore simul exstincta Apollinarianorum labores, perinde ac si non essent scripti, habitos fuisse, adversarii personam inducit negantis, quod ipse affirmaverat, divina providentia hoc factum esse, ut Christiani iterum Graecas literas discerent, quippe quae nocerent deorum multitudinem docentes. Quibus argumentis illatum crimen refutaverit, apud ipsum legatur. Circumspectius certe atque intelligentius judicium non dubito aequo lectori eum probaturum esse, quam Sozomenum, qui hist. eccl. 5, 18, cum inepta unius Apollinarii laudatione, homines, nisi solerent antiquitatem venerari, consuetaque amare studia, non fuisse relictis viri excellentis omni bonarum artium genere libris ad Graecos redituros censet.

⁶⁾ Nouv. bibl. des auteurs ecclésiastiques T. I, p. 78. ed. 2.

⁷⁾ Script. eccl. hist. lit. Geneva. 1699. fol. T. II. p. 21.

jam a B. Marco ad Musei, a regibus Ptolomaeis exstructi, imitationem ait institutum esse, ut rudiores primis fidei elementis imbuerentur, adultiores reconditoribus fidei Christianae mysteriis erudirentur.

Caveum excipiens J. G. Michaëlis ⁸⁾ nihil quidem causae dicit, quin scholae Alexandrinae ortus ad Marcum evangelistam referatur: hoc tamen putat adseverandum, „Pantaeno auspice novam aliquam vitam eidem donatam novo quodam splendore circumfusam esse. Cum enim fuerit vir omni literarum, illarum etiam, quae saeculares vulgo appellantur, laude florentissimus, illas primum in gymnasio hoc docuisse videri, cum ipsius antecessores primis Christianae religionis rudimentis tenerae aetati utriusque sexus inculcandis solum occuparentur.” Ac ne solus absque nova quadam symbola accedat, Michaëlis veteris scholae, a cujus foribus ne inde a Pantaeno quidem „pueros pariter ac puellas primis atque simplicissimis doctrinae Christianae veritatibus initiandas” arceri sinit, parieti novum statim seminarii aedificium adstruit, ubi exercitiores in civitatis Christianae usum i. e. ad ecclesiastica munera obeunda aptarentur: benigne satis, at num satis constanter dubito, quandoquidem verbis subsequentibus a Marco jam seminarium, „unde ecclesia conservari augerique posset,” videtur constitutum velle.

Ex Michaëlis commentis pendet J. C. W. Augustius, qui postquam quod volebat obscurius alibi significaverat, ⁹⁾ mox apertius eandem fere sententiam non distinctis tamen temporibus sibi adscivit, ¹⁰⁾ id tantum ambigens, utrum hodiernae, si Diis placet, literarum theologiarum universitati magis an seminario theologico similem scholam Alexandrinam diceret: quanquam et novitios (tirocinia ibi posuisse,

⁸⁾ V. ej. Exercitat. hist. de scholae Alexandrin. sic dictae catecheticae origine progressu ac praecipuis doctoribus in Symbol. literar. T. I. P. III. Brem. 1745, S. §. 3. p. 203 — 4. Ediderat auctor de eodem argumento programma Hal. Magdeburg. 1739, quod tamen postea adeo auxit, ut dissertatio in Symbolas recepta ex C. Ikenii sententia plane nova videri queat.

⁹⁾ Denkwürd. aus der christl. Archaeol. etc. B. 6. S. 370.

¹⁰⁾ Versuch einer hist. crit. Einleit. in die beiden Hauptcatech. der evang. Kirche 1824, S. S. 13, 28.

non negat. Hunc proxime antecedentem Guerikius denique (l. I. p. 8. 10. 107-8.) ita sequitur, ut de rudium quidem institutione ab eo recedat paululum, de schola autem, in qua theologicae litterae, non vulgares illae, sed interiores ac reconditae docerentur, et de seminario, e quo adolescentes ad docendum apti evaderent, eatenus cum eo congruat, ut utrumque institutum et ex ipsius opinione iisdem catecheticae scholae terminis circumscribatur. In quae alia suo ipse periculo abeat, videbimus, quando viam ejus paullo acrius persequemur.

Equidem sane tantum absum, ut laudes huic scholae debitas detractem, aut utilitatem, quae ad rem christianam inde redundarit, nolim agnoscere, ut potius cum Hospiniano ¹¹⁾ non haesitanter praedicem, „ex ea tanquam ex equo Trojano prodiisse plurimos eruditione, doctrina, pietate praestantissimos viros, qui hinc inde in orientis ecclesiis Christo domino praeclaram operam navarint.” ¹²⁾ Verum concinere cum istis famae buccinatoribus nequeo, qui, qualis reapse fuerit, parum gnari falsam laudis speciem ei affingant, et quae ut re disjuncta inter se ac disparia, ita mente et cogitatione distinguenda sunt, confundant temere et perturbent. Quoniam autem Guerikius non recentissime tantum de hoc argumento scripsit, sed is etiam scriptor est, qui opinionem cum aliis sibi communem copiosissimis rationum praesidiis munire conetur, optimum judicavi, in hunc unum vires, si quae nobis suppetant, convertere omnes, ut, quantum situm est in nobis, evincendo probemus, neque scholam, quae Alexandriae viguit, catechetica in majorem, quam putant, seminarii dignitatem, aut in altio rem lite-

¹¹⁾ De orig. templ. Genev. 1672. fol. p. 419.

¹²⁾ Libenter memini, me similem ex Ciceronis imitatione haustam de hujus nostri Gymnasii Sedinensis laude praedicationem legere in Conr. Rittershusii epistola ip locum praefationis ad Salviani Mass. Opp. Tom. alt. ed. II. praemissa et inscripta Philippo II. Pomeraniae duci, de optimis artibus non in speciem, sed revera optime promerito. „Taceo, inquit, illustre illud (proprie olim hoc quasi cognomen inditum ei erat) Gymnasium Stetinense, ex quo, velut ex equo Trojano quondam tot armati, sic tot exulta atque erudita ingenia continuo prodeunt.” Faxit Deus, ut haec continuitas vel obsoleto illustris nominis splendore in posterum numquam videatur interrumpi!

rarum universitatis gradum ascendisse, sed intra fines, aliis ejusdem modi scholis constitutos, se tenuisse, non nisi parumper, siquidem unquam, singulari unius doctoris opera velut cancellos egressam: et iis, quae in contrariam partem adversarius adtulerit, nihil quicquam esse tribuendum. Tametsi autem vestigiis hujus insistere decrevi usque eo, dum error ejus videatur manifestius teneri, ipse tamen teneri non poterō, quin a justo ordine interdum declinans per deverticula flexionesque consilium meum exsequar.

Itaque primum ut par est „primordia scholae catecheticae” (Guerik. p. 8. ss.) repetimus. Nota res est de dissensione inter viros doctos orta, posteaquam Dodwellus Philippi Sidetae fragmentum e cod. Barocciano in lucem ediderat.¹³⁾ Vocatum enim hoc statim in disceptationem quaestionemque est, utrum Athenagoras, quem primum Philippus nominat, omnium princeps scholae Alexandrinae rector fuerit, an schola ipsa, e cujus doctoribus Eusebius, Athenagora plane praetermisso, primum Pantaenum nominatim profert, multum ante jam extiterit. Dodwellus hic quidem tacitus praeterit et quae recentiores locuti sunt, quaestioni non satis videntur fecisse. Laetamur sane, quod a Philippo novum nobis testimonium datur ad firmandam nominis interdubia jam relati a nonnullis auctoritatem.¹⁴⁾ At licet non in animum inducamus omnino negare, Athenagoram potuisse aliquando moderari

¹³⁾ In Append. ad dissertatt. in Iren. Oxon. 1689, 8. p. 488. ss. Inseruit hoc fragmentum Fabricius Luci salut. Evang. p. 188-9.

¹⁴⁾ Vid. W. E. Tentzelii exercitatt. selectt. P. I. p. 200. Guerikius (p. 22) Methodiani loci apud Epiphanium haer. 64. n. 21. emendationem falso tribuit Petavio. Primus ejus auctor Paul. Leopardus est in emendatt. 19, 9, ut ipse Petavius fatetur. Conf. Tentzel, l. l. p. 201. Thom. Gatak. Adversar. Miscell. c. 36. p. 366. Interpunctio quoque, qua Guerikius titulum legationis Athenagorae praefixum perspicuitatis scilicet causa in frustula dissecare malit, et inutilis est, et vero etiam falsa, quum Christianum violenter a philosopho divellat. Nam Athenagoram, quamvis Christianam jam religionem professum, scholae tamen adhuc Academicae s. Platonicae a M. Antonino Alexandriae constitutae praefuisse, atque adeo publicum eo nomine meruisse stipendium, hoc Dodwello (p. 498.) alius credat, non ego. Neque Philippum ejusmodi quid

scholam Alexandrinam, praesertim quum Eusebius non disertis verbis refragetur (quanquam non desinemus mirari, quid causae fuerit, quare idem Athenagorae nusquam ne minimam quidem mentionem faciat: quae enim Baronius conjectando causatur,¹⁵⁾ ea, siquidem non vana prorsus putantur, ad tempora Hieronymi demum aetati succedentia pertinent): tamen primum eum huic scholae praepositum fuisse, Philippo non credimus. Quippe non possumus non improbare istam verborum ejus interpretationem, ex qua „potuerit significare, Athenagoram primum esse scholae praefectum, cujus memoria servata sit.” (Guerik, p. 16. not. 20) Nam qui τῶν διδασκαλείου-πρώτος ἡγήσασθαι dicitur et a quo magistri deinceps omnes ita ducuntur, ut e. g. Origenes, computatione saltem ejus, qui locum excerpserit, ab ipso numeretur tertius, profecto is antecedentes sibimet alios in rectoris munere habuisse nequit. Dubitari potius, si cui discrimen tanti est, de eo possit, an qui primus scholae doctor habeatur, idem conditor ejus existimandus sit. Ac Guerikius quidem affirmare quanquam invitus cogetur. Etenim quum a sua catechetica schola theologica, quo jure infra videbimus, discernat,¹⁶⁾ quum Athenagoram eodem tempore, quo scholae ibi catechumenis destinatae theologica illa superstrui potuerit, Alexandriae

significare existimo. Sed alium habebimus locum, refutandi uberius atque evellendi opinionem istam, quam inseri sibi etiam Guerikius passus est, de doctoribus duo contraria et repugnantia inter se munera conciliantibus, alterum Christianis tradendi christianam veritatem, alterum gentilibus nescio quam gentilem. Neque vereor, ne praesidium sibi quisquam petere velit ex iis, quae Eusebius H. E. 7, 32 de Anatolio Alexandrino memorat. Longe aliud est, instituire exercitationes ingenii, deducere in mentis quasi curricula, praemunire quidpiam reliquae de ipsa veritate doctrinae, aliud in exercitationibus, in curriculo, in praemuntione subsistere, quasi summum hoc sit, quo superius, nihil sit enitendum. — De philosopho Christiano nunc non opus erit ut verbum amplius addamus.

¹⁵⁾ Ad a. 179 n. 39. Antv. 1617, f. p. 225.

¹⁶⁾ Guerikius quum p. 14. primae jam a Marco conditae scholae catecheticae postea superstructam dicat, si rem ad vivum resicamus, tres scholas statuit aliam ex alia enatas.

degisse autemet, quumque eundem, quia „ex quo tempore schola superstructa firme per se stabat, praefecti nominantur” neminis autem ab hoc tempore nomen ante Athenagoram commemoratur, istius scholae haud dubie primum fuisse doctorem arbitretur, primum autem hunc doctorem in iis numeret (p. 19.), qui, ut nova schola oriretur, effecerint: aperte sequitur, ut ex ipsius Guerikii sententia idem si non solus, neque veri, ut ait, nominis conditor praedicandus, at conditor existimandus sit. Verum poterat tamen schola ab aliis instituta esse, Athenagoras autem undecunque accessitus docendi munus suscepisse ita, ut a conditore atque instructore doctor describeretur.

Sed utut est, Philippo fidem denegamus, non quod Athenagoram ludo Alexandrino praefuisse omnino negamus, sed quod primum eum praefuisse nobis quidem persuaderi plane non potest. Non enim auctoritate a Sideta vinci Eusebium, quique e veteribus secuti hunc sunt, sed plus ponderis hunc potius habere quam illum, vel propter argumenta a Guerikio p. 5-6 congesta judicamus. Reprimendus autem vanus iste conatus est, quo etiam Guerikius repugnantes inter se quodammodo conciliatum ivit. Quippe repudiato meliore, quod ipse posuit, Michaëlis iudicio Eusebii locum¹⁷⁾ nihil aliud ait (p. 14-15) sibi velle videri, quam: „tunc temporis Pantaenus scholae catecheticae praefuit; ista enim schola, quae etiam nostro tempore floret ἐξ ἀρχαίου ἔθους est derivanda, quae quidem jam Pantaeni tempore extitit et ἐ. ἀ. ἐθ. Eusebio dicere omnino licuit, quippe qui plus centum annos post Pantaenum vixerit.” Ergo renovavit extinctum prope atque oblitteratum Fr. Spanhemii errorem, quo Hist. Christian. Saec. 2. §. 2:¹⁸⁾ falluntur, inquit, qui ejus scholae Marcum Evangelistam fundatorem fuisse autumant, eamque primo jam saeculo floruisse, interpretati sic verba Eusebii ἐ. ἀ. ἐθ. a priscis temporibus; sed hoc relate ad Eusebii aetatem, διδασκαλίῳ jam olim Alexandriae fuisse constitutum.”

¹⁷⁾ H. E. 5, 10. Ἠγεῖτο δὲ τῆνικαῦτα (primo Commodi anno) τῆς τῶν πιστῶν ἀντιθεῖ διατριβῆς ἀνὴρ κατὰ παιδείαν ἐνδοξότατος. ὄνομα αὐτοῦ Πάντανος, ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλίου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνειστώτος, ὃ καὶ ἐς ἡμᾶς παρατίθεται, καὶ πρὸς τῶν ἐν λόγῳ καὶ τῆ περὶ τοῦ θεοῦ σπουδῆς δυνατῶν συγκροτῆσθαι παρελήφθαι.

¹⁸⁾ v. Opp. ejus, quatenus complectuntur geographiam etc. Lugd. Bat. 1701. f. p. 604.

Mihi tamen de hujus interpretationis falsitate certissimum est. Primum enim verbis ἤγειτο-τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς perspicue auctor significat scholam, quae jam ante Pantaenum extiterit, apud Alexandrinos jam nota ac pervulgata fuerit. Alioquin omisisset articulum. Deinde quum παρ' αὐταῖς referendum sit ad τοὺς πιστοὺς αὐτόθι i. e. Christianos, qui Alexandriae tunc erant, referri eodem debet τὸ συνεσθάναι τὸ διδασκαλείον, quod igitur tunc jam e vetere consuetudine extabat. Nam ut hoc demus, verba διδασκαλείου — συνεστῶτος posse sic verti: cum consistat ibi schola; tamen intelligi prorsus nequit, cur, si auctorem jam respexisse ad praesentem aetatem sumimus, superflua illa καὶ εἰς ἡμᾶς παρατίθεται¹⁹⁾ ab eodem adjuncta sint: quae verba ita tantum non redundant, si ut necessitas flagitat interpretamur: quae schola et jam olim extitit, et ad nostra usque tempora perseverat. Denique ut una cum Rufino, qui putatur, reliquos omnes Eusebii interpretes taceamus, Hieronymus, cui eam certe graeci sermonis intelligentiam nemo non tribuit, ut, quo spectaret vetus Eusebii consuetudo, non minus, quam recentiorum quisquam ignoraret, hanc consuetudinem a Marco Evangelista repetit. Audiendus enim Guerikius non est, qui, si in Eusebio quidquam male intellexit, certe Hieronymi verba non interpretatus est, sed depravavit. Neque satis video, cur scriptori huic fidem in eo plane derogemus, quod scholae Alexandrinae initia a Marco duxerit. Guerikius quidem, etsi Marcum Alexandriam pervenisse, ibique²⁰⁾ doctrinae Christianae semina sparsisse non infitiat (p. 14), ab eodem

¹⁹⁾ Valesii non dubitantis, quin Eusebius scripserit: ὁ κ. ε. ἡ. παρατίθει τε καὶ πρὸς κ. τ. λ. — conjecturam nolim Strothium suo „non male” propemodum probasse. Facile enim credimus, Eusebium ignarum ipsum, quales essent, qui sua aetate scholam Alexandrinam regerent, cum scriptis fortasse non innotuissent, neque scholasticus eorum labor, alia via ad aestimationem hominum dimanasset, per alios de eorum praestantia certiore factum fuisse. At numquid est cui persuadeatur, antiquam illam et celeberrimam scholam ipsam adhuc permanere, hoc auditione tantum ac fama eum accepisse? —

²⁰⁾ Vales. ad Euseb. H. E. 2, 16. Qui Marcum primum omnium doctrinam gratiae inter Aegyptios praedicasse, in ipsaque urbe Alexandrina ecclesias constituisse auctores sunt, enumerantur omnes a Michaële I, l. p. 202, not. 22

scholam, quae in quaestione hic versatur, habuisse originem, cum Spanhemio negat: idque eo magis mirum, quod Marcum non primam unam, sed primas in Aegypto i. e. Alexandriae Christianorum scholas condidisse nescimus unde tam audacter tamque prolixè affirmat.

Sed subjicitur statim etiam negandi causa. Scilicet distinguit auctor p. 8-10 ab eo instituto, quo *νεέφωτοι* primis christianae religionis elementis imbuerentur, scholam illam, quam huic superstructam theologiam nuncupat, pristinumque catecheticae nomen, quamquam *καὶ ἐξοχήν*, servasse, atque eorum, qui accuratius in sacras literas inquirere vellent, curasse utilitatem, maxime autem adolescentes ingeniosos solertesque muneribus magistrorum Christianorum suscipiendis effecisse aptos, contendit. (cf. p. 101.) Jam si quaerimus, quid eum ad hanc ab aliis praestructam distinctionem compulerit, ipse in hunc fere modum argumentatur: schola Alexandrina, a quo tempore praefecti ejus commemorantur semper catechetas habuit singularis eximiaque doctrinae copia insignes: quae copia non fortuito ad nostram scholam confluit, sed nemo ei praeficiebatur, nisi qui doctrina excelleret, cum ludi, in quo prima religionis elementa tradantur, magistri hac laude aliis praestare neque debeant utique, nec soleant. Quod si quis igitur theologicae illius, quae ut superior ex inferiori profecta est, scholae rationem cum Marci Evangelistae eruditione et munere comparaverit, nullo ~~eo~~ negotio intelliget, Evangelistam omnino non posse hujus scholae conditorem haberi. Huc accedit denique, quod Philippus Sidetes Marci ne mentionem quidem fecit.

Equidem sane doleo, Guerikium nimis addictum Spanhemio suo non magis animum ad id attendisse, quod Caveus jam l. l. in Conringio notavit: quanquam cautius paullo hic videtur egisse eo, quod quum celebratissimam Pantaeni doctrinam scholae catecheticae angustiis non posse capi opinaretur, neque tamen deletum hujus scholae nomen inde a Pantaeno sciret, duas simul fuisse Alexandriae scholas sacras, quam

Cum tamen Eusebius nihil de hac re certi habeat, sed communi ut videtur fama audiverit, reliqui autem duo vel sublestissimae vel plane nullius hic fidei sint, manca omnino rei auctoritas atque imperfecta manet.

cateheticam retento vetere nomine sive cum Athenagora, sive cum Pantaeno in novam prorsus sibi que discrepantem speciem transiisse maluit. ²¹⁾ Quippe etiamsi concedamus, catechetas omnes, quorum memoria ad nos perlata est, eruditionis cujusdam fama praestitisse, quum alioquin nullum omnino nomen habuissent: quanquam paucos excipiendo Guerikius p. 100 sua ipse vineta ex parte caedit: quid obstat, quominus cum ante doctorum, quorum nomina claruerunt, tum post hanc seriem credamus repertos esse, qui quantacunque et religionis Christianae scientia et docendi facultate praediti non ejusdem, qua alii, eruditionis Graecae praestantia eminent? Quin media in serie illa lacunae dehiscunt satis amplae, ut ne probabilibus quidem nominibus expleri undique possint: neque mensura ista, qua metiendum putat Guerikius p. 107. adeo evidens et certa est, ut, quem habuerit etiam in plane ignotis doctrina modum, declaret. Nam si quid hi quoque insigne habuissent ad eandem eruditionis memoriam, quaenam causa potest excogitari, cur aliorum nomina memoriae mandata conservarentur, horum oblivione obruta interciderent? Id autem quum accidisse Guerikius ipse fateatur, minime opus videtur esse, vel ut ad rerum scriptores provocemus, ²²⁾ qui hujus rei testes prodeant, vel ut fuse lateque negemus excitato Rufini loco (H. E. 2, 7.) probari,

²¹⁾ V. Addend. ad Antiquitt. ej. Acad. p. 292.

²²⁾ Quomodo quis laudatum Eusebii locum 5, 10. in eam sententiam possit interpretari, casu et fortuito factum esse, ut ad regendam scholam Alexandrinam viri doctrinae copiis affluentes concurrerent, mihi quidem non liquet, nisi forte tale quid eliciatur inde, quod Eusebius non diserte testetur contrarium. De verbo *συγκροτῶν* conferantur imprimis, quae d' Orvillius ad Charil. p. 251 ed. Lips. e locuplete penu depromsit. Ut alii de gymnasio, ita Eusebius de schola constituenda vocabulum adhibet, quod praeterea duplici apud scriptores ecclesiasticos significatione frequentatur, altera de synodis congregandis (qua alibi *συναθροίσαι*, *συναγάγειν*, *συνκλήαν*) tam obvia ubivis, ut exempla afferre sit chartam perdere: altera de sententia et opinione undecunque comparata ac vel mente tantum comprehensa, vel scripto etiam tradita et demonstrata ut *συνίσταμι* v. c. Socrat. H. E. 4, 25. (cf. Budae. Comment. lingu. Graec. p. 594, 50. p. 696, 16.): ad quam probandam pauca ex uno Photio collecta loca hic quidem sufficiant. Cod. 162 p. 345. Andreas monachus τὰ προηγερτα-

quod Guerikius inde colligit, neminem scholae Alexandrinae praefectum fuisse, nisi doctrina excellentem. Nam quum Didymus, ut inter omnes constat, a teneris fere unguiculis oculorum lumine orbatus fuerit, quid mirum, Rufino hoc visum eo dignius esse, cujus memoriam posteris proderet, caecum „in brevi Deo docente in tantam divinarum humanarumque rerum eruditionem ac scientiam venisse, ut scholae ecclesiasticae doctor existeret? ²³⁾ Praeterea ab hac eruditione ac scientia Rufinus aperte distinguit” ceteras sive dialecticae, sive geometriae, astronomiae quoque vel arithmeticae disciplinas „in quibus ita eum fuisse paratum ait, ut nullus unquam philosophorum aliqua ex his artibus proponens obtinere eum vel concludere (i. e. capere vel in angustias adducere) quiverit.” ²⁴⁾ Unde patet scientia ista Rufinum significasse earum rerum cognitionem, quae ad Sacram Scripturam cum

μίνα — πλατύτερον καὶ ὡς αἰεταὶ δὲ ἀποδείξωσιν συγκροτεῖ. Cod. 232 p. 892 τὰς — δόξας οὐ λογισμοὶ τινὲς οὐδὲ λόγια συνεκρότουσιν ἱερά, χρήσεις δὲ μόνον, ὡς ὁ γράσων ἐνόμιζε, διαφόρων πατέρων, ὧν αἱ μὲν τὸ ἐκκλησιαστικὸν φρόνημα, αἱ δὲ συνεκρότουσιν τὸ ἀπύβλητον. Cod. 256 p. 1408 Licinius τὴν Ἑλληνα δόξαν συγκροτῶν. Ex primo horum locorum dilucebit fortasse, quo spectet scholion in Alberti not. ad Hesychium v. συγκροτεῖ: ἐν μὲν ἑτέροις τὸ συγκροτεῖν ἀντὶ τοῦ διδάσκειν εἴηται κ. τ. λ. Cum autem de opinione hoc verbum usurpetur, minime mirum, si ad haeresin idem transfertur. Quare nolim Huetium (Originian. 1. 3, 14.) in Theodoret. Haer. fab. 2, 8 pro συνεκρότησε legendum coniecisse συνεκράτησε, cujus conjecturae, permutationis facilitate, ut etiam alibi, frustra commendatae, firmamentum in Nicephoro nequicquam ponitur. Ulceris tamen aliquid Theodoreti verba inde ab ἀληθῶς — traxisse suspicor: quod ut emendando persanetur, caveri debet, ne male tactum serpat latius, magisque inveterascit. Quid editores Halenses praestiterint, cum eorum editio forte ad manum non sit, doleo me nescire.

- ²³⁾ Ita Hieronymus d. vir. illustr. c. 109. Didymus Alexandrinus, inquit, captus a parva aetate oculis, et ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus praebuit, ut dialecticam quoque et geometriam, quae vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit.
- ²⁴⁾ Si Rufinus l. l. „viva vocis ejus se ex parte aliqua fuisse auditorem memorat (alios ejus discipulos nominat etiam Guerik. p. 95-96), neminem spero fore, qui idcirco et ipsam et ipsius similes in catecheticam scholam missos velit. No-

intelligendam, tum exponendam suppeditarent, nec ipsum quidem graecas literas existimasse necessarias ad obtinendam magistri Alexandrini provinciam.

Verum quamvis certa in hanc rem testimonia desiderentur, non tamen dubitamus ultro largiri, consulto id et de industria factum aliquamdiu esse, ut ad magisterium Alexandrinum viri ab omni literarum doctrinaeque genere velut supellectili instructissimi eligerentur, quoniam per illud inprimis tempus, ubi qui philosophandi artem Alexandriae publice profitebantur, ad oppugnandam religionem Christianam jam coeperant accingi, inque certamen cum doctoribus Christianis descendere, satis est probabile, aemulationis cujusdam stimulo concitatos hos ne Graecae quidem doctrinae laude ab adversariis superati voluisse, perspectaque literariae, ut cum Tertulliano loquar, eruditionis necessitate, ne Graecarum disputationum laqueis irretirentur, adeoque manus dare adigerentur, majorem saecularibus etiam studiis operam impendisse. At quid hinc consequitur? non ejusdem eos scholae, quam Marcus condidisse fertur, posse doctores fuisse? Minime. Nam (ut silentium sileamus Philippi, qui, ne toto quod ajunt coelo errasse de scholae ortu argueretur, natalem ejus fortasse distulit, donec exorti doctores sunt, illustriori doctrinae laude ornati) etsi non repugno contententi, Marci eruditionem perquam alienam a magistrorum, quales Clemens Alexandrinus et Origenes habeantur, ratione fuisse, illud tamen tunc demum credibile fore arbitror, quando et elementa religionis Christianae et perfectiorem ejusdem cognitionem, quoad ex humanis literis percipi illa ac comprehendi putatur, aut nequaquam posse in unam scholam convenire atque inter se congruere, aut certe non convenisse, argumentis idoneis demonstratum fuerit. Hoc autem neque factum esse a Guerikio neque factum unquam iri persuasum habeo.

tatu dignum est, quod idem Rufinus, qui et audiverat magistrum et libros ejus, notariorum opera conscriptos legerat, refert, „longe majorem se gratiam et divinum nescio quid ac supra humanam vocem sonans in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferrentur, agnovisse.” — De interpretandi *καταφ* *Μετ* genere, quod sequebatur Didymus, infra dicendi locus erit.

Quid enim? Nonne in eodem ludo, qui quidem plures discipulorum ordines admittit, cognitionis rudimenta ac quasi incunabula cum majore scientiae perfectione ita bene coeunt, ut post tirocinium positum discentes paullatim ad altiorem intelligentiae gradum perducantur?

Et sane Alexandrinam scholam principia illa ut sibi quoque propriam materiam non modo, quousque testimonia nobis relicta pertinent, nunquam non exhibuisse, sed per aliquod duntaxat tempus etiam progressionem quasdam iis adjunxisse, omnia clamant ac testantur; ac primum quidem ipsum vocabulum *κατήχησίν*, et quae voces inde derivantur. De hujus vocabuli usu Guerikius parum accurate disserit (p. 9. 10.) Ex omnibus, quotquot ego contuli, locis id apparet perspicue; si a stirpe proxime profectam notionem hic praetermittimus, usurpatum cum in Sacra Scriptura tum apud patres illud esse vel latiore sensu de qualibet institutione, quae ut initia doctrinae Christianae non excluderet, ita etiam mysteriorum sive arcani disciplinam complecteretur, vel strictiore, qui v. c. in catechumenis unice obtinuit, de primorum elementorum traditione.²⁵⁾ Nusquam vel acerrime perquirendo invenias exemplum, ubi, ut Guerikii fert opinio, adhibeatur *κατήχησίν* de ea tantum institutione, qua provectiores formarentur. Quod autem de primitivo verbo ratum est, id etiam de derivatis valet. Ergo servatum pristinum catecheticae scholae nomen servatam etiam antiquam disciplinam, retentum vetus institutum probat, ita tamen, ut ad vetera ista non sublata novorum quorundam, quae et locus et tempus postulare, neque cum instituta semel ratione nimis discordare viderentur, fieri accessio posset.

²⁵⁾ Praeter vulgares illos, unde plura de huj. voc. significatione hauriri possunt, fontes, quos demonstrat J. G. Walchius in Exercit. de apostolorum instit. catech. § 2. (v. Miscell. ej. Sacr. Amstel. 1744, 4, p. 5.) adeundus J. A. Fabricius est in Salut. Luc. Evang. p. 186. not. i., ubi animadversiones ad Sextum, Empir. p. 285 et 339 supplet. Insolito usu, quem Casaubonus ad Gregor. Nyssen. epist. ad Eustath. p. 68 attingit, *κατήχησις* ponitur interdum pro *πολιτεία*. Isti autem catechesi, qua, qui Christiani fieri cuperent, coitionis nescio cujus clandestinae mysteriis initiarentur, nemini in mentem veniet fidem habere, nisi qui velit somniantium credere miracula.

Ne ex aliis quidem scholae appellationibus, quales inprimis p. 101 urget, Guerikius in rem suam quicquam potest efficere. Significant ibi cunctae simpliciter ludum, ubi Christiani, non qui rudimentis jam imbuti, sed promiscue, qui Christi nomen professi essent, erudirentur. Nam a Philippi *χριστιανικῆ διατριβῆ* (Dodw. p. 488) non differt Eusebii ἢ τῶν πιστῶν (αὐτόθι) *διατριβή*, id est schola, non quae baptismatis ritu jam initiatis cognitionis Christianae quasi fastigium imponeret, sed quae apud Christianos Alexandrinos instituta eorundem utilitati serviret; neque Eusebii *διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν λόγων* aut Sozomeni (Hist. Eccl. 3. 15) *ἱερὸν διδασκαλεῖον τῶν ἱερῶν ἱμαθημάτων* de schola accipiendum, in qua singulae disciplinae, quales hodie theologiae totius ambitum conficiunt, jam tunc secretae et ad doctrinae proprium corpus revocatae docerentur. Quanquam ne Guerikius pravae hujusmodi interpretationi faveat, eo magis vereatur aliquis, non modo quod consentanea ista est cum scholae notione, quam in animo suo informavit, sed etiam quod ipse harum disciplinarum p. 102. 3. magnifice velut pompam ducit. At obloquitur universa temporum pristinorum ratio, quae disjunctam illam ac separatam disciplinarum formam, quae recens inventum instituendi genus penitus respuit: obloquitur certissimus loquendi usus, qui talem sibi depravationem non patitur obtrudi. Eusebius enim cum *τοὺς λόγους* passim adhibeat ad singulares doctrinas, nulla admodum habita variarum, quibus constabant apud veteres, partium ratione, designandas, velut grammaticam vocat *γραμματικὸς λόγους* (H. E. 6, 3) philosophiam *λόγους φιλοσόφους* (7, 32) sive *κατὰ φιλοσοφίαν λόγους* (8, 9) potuit quidem *τοὺς ἱεροὺς* quoque *λόγους*²⁶⁾ in universum

²⁶⁾ Quod Valesius ad 6, 1. observavit, Eusebium, quoties de Evangelio sive de religione Christiana loquatur, *θεῖον λόγον* in singulari solitum esse dicere, de scripturis vero sanctis quum loquatur, *θεῖους λόγους* appellare, id de plurali hoc verum est, pro quo *ἱερὰ γράμματα* leguntur 2, 17. sed nescio an nusquam apud Eusebium *ἱεροὶ λόγοι*: de singulari ita tantum, ut *ὁ θεῖος λόγος* primum etiam Christus sit 1, 3, deinde, sicut *ὁ λόγος* simpliciter 2, 1. sive *ὁ λόγος τοῦ θεοῦ* 2, 22. 6, 3. *ὁ πῆς πίστεως λόγος* 2, 1. 3, 37. *ὁ χριστοῦ λόγος* 6, 3, idem, quod ἢ *ἄγγραφος τοῦ θεοῦ κηρύγματος διδασκαλία* 2, 15. sive ἢ *τοῦ θεοῦ λόγου διδασκαλία* 3, 34 sive ἢ *θεῖα διδασκαλία* 6, 3. diversum a *τῶν θεῶν εὐαγγελίων γραφῆ*.

dicere de rerum sacrarum i. e. Christianae religionis doctrina, qua adulta etiam aetas impertiretur, sed dixisse eum proprie de prima illa et tanquam puerili institutione, qua tirones sive catechumeni erudirentur ad fidem baptismi sacramento obsignandam, testimonio est locus 6, 18, ubi viri literati ad Origenem veniunt periculum facturi τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τάνδρός, quae tamen peritia nihil aliud erat effectura, nisi ut, quemadmodum a Valentiniana haeresi Ambrosius, ita et ipsi ab aliis superstitionibus avocati τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁρθοδοξίας λόγῳ adjungerentur: testimonio scholae Alexandrinae nomen, quod, quanquam aliis significantius, cum Michaële (§ 2) Guerikius, ubi memorato opus erat (p. 8-9) omisit, adtulitque demum p. 77, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον: quo licet non cum Alexandrinis Eusebius inter πίσιν et γνώσιν distinxerit, aperte tamen, non nisi fidei fundamenta jacta esse, docet: testimonio denique sensus τῆς κατηχήσεως, cui exercendae scholam Alexandrinam adeo totam dicatam non ignoravit Eusebius, ut ipsam scholam τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κατήχησιν nuncuparet (6, 6); hanc autem ad doctrinae Christianae elementa ab eodem relatam esse, mox spero luce clarior futurum. — Jam cum Eusebius itidem usurpet τὰ μαθήματα,²⁷⁾ velut ubi φιλόσοφα μαθήματα dicit 6, 18 et ζητοσιμὰ μαθήματα 7, 32, cum idem vocabulum itidem transferat ad significandam religionis Christianae doctrinam, quam χριστοῦ μαθήματα cum Origene,²⁸⁾ et θεῖα μαθήματα l. l. et ἱερὰ μαθήματα 6, 3 appellat, cumque non veri tantum simillimum sit, ne Sozomenum quidem fecisse contra morem et consuetudinem

27) De λόγων et μαθημάτων usu cf. Ez. Spanhem. Observatt. ad Juliani Imp. orat. I. p. 23, 4, 115, 6. In posteriore loco etiam ex Eusebio duo exempla citat, nostris copiis augenda. Alios scriptores ecclesiasticos v. c. Theodoretum, apud quem H. E. 1. 26 Athanasius παιδῶδες τοῖς θεοῖς μαθήμασιν εντραφείς, et 3, 3 Juliani milites τὰ τῆς εὐσεβείας μαθήματα εἰσδεχόμενοι, τὰ τῆς ἀληθείας μαθήματα ἐκπαιδευθέντες dicuntur, missos facio, ne notulae hujus quasi parva ratis in immensum mare evehatur. Peculiarem tamen usum commemoro, quo τὸ μάθημα symbolum fidei denotat, a catechumenis memoriter ediscendum. V. Vales, ad Socr. H. E. 1, 8, Suicer. Thesaur. v. μάθημα n. III. Bingham. Orig. eccles. 10, 3, 3. Vol. IV, p. 68-69.

28) V. Suic. l. I, n. I.

ecclesiasticam, ³⁴⁾ qua inde a Justino Martyre apud patres nihil tritum magis, nihil usitatius erat, quam literarum quoque artiumque vocabula a gentilibus mutua sumta, ad scientiam rerum Christianarum vel simplicissimam aptare, sed certum potius, propterea quod, quantum equidem scio, et *μαθημάτων* et *λόγων* voce si minus eodem, quo Eusebius, at certe simili modo utitur; ³⁵⁾ quod, si ex ejus opinione omnes, quas

³⁴⁾ Tractamus locum qui majorem vim habet, patetque latius, quam ut paucis hic exprimi satis queat. Quid nescit, sacrorum illorum, quae pagani mysteriorum in volucro occultabant, vocabula plurima patres in suos usus transtulisse? Cf. Casaub. Exercit. in, Baron. 16. n. 43 (ed. Lond. 1614. f. p. 550). Sic transiisse etiam philosophiae vocabulum in usum Christianum, nota res et apud omnes pervulgata est. Significat vel generatim religionem Christianam eamque hujus cognitionem, qua quisquis ad regenerationis veniebat sacramentum instructus erat, vel summam illam Christianismi perfectionem, quam alii in vita ascetica, alii in consummata scientia ponebant, vel denique singularem aut morum Christianorum, aut doctrinae, etiam haereticae, partem. Ut autem cum philosophiae, tum aliarum disciplinarum vocabula hoc modo transferrentur, factum ex causa est, quam expositae a Casaubono similem ipsi subinde patres explicant. Volebant nimirum usurpatione ista indicare, vere id Christianorum esse ac jure ab his vindicari, quo velut in carbone, quem pro thesauro invenissent, pagani tantopere gloriarentur, et posse Christianos genuina gaudentes sapientia, quae vel in simplicissima fide summa inesset, paganorum commentitia atque adulterina facile carere. — Jam Justinus M. praebet in Apol. 1. p. 54. B. *καὶ βίον καὶ μαθημάτων* (christianorum) *ἐπίσκεψιν*: in Apol. 2. p. 41. E. *τὰ τοῦ χριστοῦ διδάγματα*, p. 42. D. *διδάσκων τῶν χριστιανῶν μαθημάτων* (quibus mulierem erudiverat) p. 43. D. *τὰ θεῖα διδάγματα*.

³⁵⁾ De singulari disciplina Sozomenus *λόγους* dicit H. E. 5, 2, ubi *λόγων φιλοσόφων καθρηγητής*; 6, 9 ubi Martianus Christianus *ἐπὶ βίῳ καὶ λόγοις θανατούμενος* docebat *γραμματικούς λόγους*; 8, 2 ubi *οἱ περὶ φιλοσοφίας λόγοι*. Ut autem *λόγους*, ita etiam *μαθήματα* de philosophorum doctrina usurpat e. g. 6, 17. *τὰ μαθήματα τῶν πατρῴων Ἑλλήνων φιλοσόφων*: 7, 17, *τὰ Ἀριστοτέλους μαθήματα*. Quidni igitur *τὰ ἱερά μαθήματα* sint sacra Christianorum doctrina? — Porro cum *τοὺς λόγους* saepissime et proprie quidem adhibeat ad declarandas litteras Graecas, ut 3, 15 leguntur *λογοὶ καὶ παιδεία* et *παιδείαι καὶ λόγοι*: de Graeca eruditione: 5, 2. *λογῶν διδασκαλίαι* ex adverso *τοῖς ὑφηγηταῖς τῶν ἁγίων γραφῶν*: 5, 18 *πανταδαπὴ ἐίδησις καὶ λόγων ἰδιὰ* omne disciplinarum Graecarum genus; 6, 16 Basilius M. *ἀπὸ φιλοσοφίας* τε

Guerikius recenset disciplinae theologiae, elaboratae jam separatim ac traditae fuissent ipse non retulisset, Apollinarium, ³⁶⁾ ne quid Christianis ad liberalium artium summam videretur deesse, totam doctrinae orbem ad ἐγκυκλίων μαθημάτων instar argumentis ex sacra scriptura petitis composuisse: denique quod haud sane magnopere immutata post Eusebium neque theologiae doctrinae neque institutionis catecheticae ratione intelligi plane nequit, quo pacto scholae nostrae Alexandrinae disciplinas excultiores ac politiores adscribere Sozomenus potuisset, praesertim cui Christianismi finis esset non absoluta omnibus suis numeris et partibus scientia, sed vita ascetica sive monastica, quae multarum

καὶ λόγοις ὑπερφυῶς εὐδοκίμησας; 8, 1, οἱ ἐν ἀρχαῖς καὶ λόγοις magistratus, et litteris Graecis eruditi; nonne hinc possimus expectare, eum τὸν εἰρῶς λόγους profanis opposuisse, et e. g. Sisinnium, qui 8, 1, prohibetur ἠλλόγιμος ὅτι μάλιστα καὶ φιλοσόφων δογμάτων καὶ τῶν εἰρῶν λόγων ἐπιστήμων καὶ πρὸς διαλέξεις ἔτοιμος, sacrarum literarum i. e. doctrinae Christianae, quamquam non theologiae, dixisse peritum? At dubitationem nobis afferunt alia loca, in quibus οἱ ἱεροὶ λόγοι, aliter atque apud Eusebium, sacrae scripturae sunt, velut 5, 18 ubi Apollinarius in libro adversus Julianum caesarem graecosque philosophos composito ostendit, καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας, eos aberrasse ab eo, quod oporteat de Deo sentire: 6, 17, ubi Basilius M. et Gregorius Naz. dicuntur καὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν εἰρῶν λόγων ἐξακριβώσαντες: 8, 2 ubi Diodorum episcopum Tarsensem, Chrysostomi magistrum, auctor accepit περὶ τὸ ἴητόν τῶν εἰρῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι unde Chrysostomus ipse εἰλικρινῶς τὰς ἱερὰς ἐξηγεῖτο βίβλους et ubi Theodorus Mopsvestiae episcopus dicitur ἀηρ καὶ τῶν εἰρῶν βιβλίων καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ἰητόρων τε καὶ φιλοσόφων ἱκανὸς ἐπιστήμων: imprimis autem 7, 12, ubi idem Sisinnius dicitur ἱκανὸς νοῆσαίτε καὶ φράσαι καὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν εἰρῶν βιβλίων ἀκριβῶς ἐπιστάμενος καὶ πολυμαθὴς τῶν ἱσραημίων ὑπὸ τῶν πατρῶν Ἑλλησὶ τε καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ φιλοσοφῆσάντων, et μοχ καθηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι τῶν ἱερῶν λόγων commemorantur. His locis probe perpensis nos quidem adducimur, ut Sozomenum τοὺς εἰρῶς λόγους vix aliter, quam de sacra scriptura putemus usurpasse.

³⁶⁾ Quaestionem illam, utrumne pater, an filius an uterque simul bona, quorum jacturam Juliani jussu Christiani acceperant (cf. not. 3) amissa sedulo magis quam feliciter reparare conatus sit, hic licet in medio relinquere. Cf. Fabric. Bibl. Gr. ed. Harl. Vol. 8. p. 585.

rerum despiceret notitiam, quamque qui ad summam perfectionem feruntur excoluisse, vel literarum elementa ignorarent.³⁷⁾

Deinde ubicumque aliquid de ipsius disciplinae genere, in quo discipuli apud magistros Alexandrinos exercerentur, relatum legimus, manifesto ibi apparet, a cognitionis rudimentis semper apud hos quoque erudiendi initium esse factum. Nam neque Clementem neque Origenem, qui duumviri soli omnium prope instar sunt, et quorum celebritate opinio contraria maxime nititur, doctrinae initia, quoad catechetico munere fungerentur, sprevisse aut repudiasse, sed primo certe progressu, qualem schola nostra expediret, fidei elementa docuisse, nobis quidem extra omnem dubitationis aleam videtur positum: id quod etiam aliis de Origene extemplo, de Clemente mox probaturos nos confidimus; neque quae de reliquis doctoribus Guerikius (p. 102) congescit, eo valent, ut ne hos quidem lac doctrinae, sed solidiorem solum cibum auditoribus apposuisse confirmant: quomodo ex diligentius examinatis iis, quae non levia prorsus ac futilia sunt, infra perspicietur. Quid quod ipse Guerikius (p. 101), etiam prima religionis Christianae praecepta in schola Alexandrina fuisse tradita, non obscure ferre ac dissimulare potest, quippe haud omnino immemor locorum aliquot ex Origenis vita, quam Eusebius sexto Historiae Ecclesiasticae libro adumbrat, ubi res tam clara atque aperta est, ut omnium et oculis et manibus teneatur. Optime autem lectorum commodis consultum ita videtur, si ipsam, qualis est, ex ordine proponam, quo facilius possint uno in conspectu omnia videre, et suo quisque iudicio uti.

Eusebius (6, 3) ex ipso Origene auctore refert, tempore persecutionis sub Severo ortae, quum Alexandriae nemo τῷ κατηχεῖν operam dicaret, ex gentilibus quosdam audituros verbum Dei (τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ) ipsum adiisse catechumenorum institutioni vacantem. Agebat autem, ita pergit porro Eusebius, annum aetatis decimum octavum, quo catecheticae scholae praerat (τοῦ τῆς κατηχήσεως πρῶτη διδασκαλίῳ.) Sed infideles tam infesto in eum animo erant, ut domum, in qua commo-

³⁷⁾ Sozom. H. E. 1, 12, 13.

rabatur, militibus circumsiderent propter multitudinem τῶν τὰ τῆς
 ἱεράς πίστεως κατηχομένων παρ' αὐτῶ, adeoque persecutionis furor adversus
 eum exardescebat quotidie, ut tota Alexandrinorum urbs parum capax
 esset ad perfugium praebendum fugienti ex aliis in alias domus, ³⁸⁾
 undique vero exagitato ob multitudinem τῶν δι' αὐτοῦ τῆ θεῖα προσόντων
 διδασκαλία. Quum tamen plures jam discipulos ad se videret accedentes,
 ipsique soli ἢ τοῦ κατηχεῖν διατριβὴ a Demetrio episcopo demandata esset,
 grammaticae artis professioni se abdicavit. — Verum vitae etiam
 actione, in qua summae dabat virtutis Christianae specimina, adeo
 discipulos excitabat ad sui imitationem, ut ex gentilibus non vulgares

³⁸⁾ Etsi Valesius etiam ex epistolae ab Alexandro et Theocisto ad Demetrium
 scriptae fragmento, quod servavit Eusebius H. E. 6, 19, Origenem Alexan-
 driae in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse, om-
 nino non recte colligit, cum Demetrius non conquestus esset, quod laico ca-
 techizandi in ecclesia Caesareensi copiam fecissent, sed quod permisissent ei
 ἐμιλεῖν s. τῷ λαῷ προσομιλεῖν i. e. ut Eusebius ipse paullo ante explicat, καὶ δια-
 λέγεσθαι τὰς τε θείας ἐξηγηθεῖν γραφάς ἐπὶ τοῦ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας: immerito tamen
 reprehenditur ab E. S. Cypriano (ad Hieron. cat. c. 62), qui de Alexandrinis
 quidem catechetis recte eum fatetur collegisse, sed magnopere falli contendit, dum
 catechetas neget omnino in ecclesia docuisse, quique ipse contrarium se posse
 demonstrare putat ex laudatae epistolae verbis, quibus, siquis Laicus fratribus
 prodesse possit, is dicatur a sanctis episcopis solere invitari ad conciones pu-
 blice habendas. At neque Valesius negavit, quod falso negasse insinulatur,
 quippe qui, ut uno eoque notissimo exemplo defungar, Cyrillum Hierosoly-
 mitanum, catechetarum ordinem (cum sicut alii episcopi scholam quidem non
 regeret, sed ipse tamen catechesin factitaret) haud dubie adscribendum, ca-
 techeses suas in ecclesia habuisse, certe non immemor esset, neque Cypri-
 anus institutionem catechetica ab homilia, qualem episcopi Palaestineses
 laicis quoque concedi volunt, distinxit. Certius ex eorum epistola nihil effi-
 citur, quam catechetas potuisse etiam laicos esse, (cf. Dodwell. de Jure laicorum
 sacerdotali, Lond. 1635, S. p. 297, 8) quapropter, si forte Valesius Rufinum
 injuria vituperaverit, quod, quum Demetrium dicat Origenem „catechizandi i. e.
 docendi magisterium in ecclesia tribuisse,” muneri exercendo publicum ecclesiae
 locum assignarit, justiorem hanc reprehensionem Rufinus non effugiet, quod
 ecclesiasticum videatur munus, si quidem idem hoc sit, quod sacerdotale,
 Origeni tribuisse.

cum alii viri eruditi, tum philosophi doctrina ejus pellicerentur: quibus et ipsis, cum intimo animi sensu fidem in verbum divinum sincere ab eo acciperent (*γνησίως ἐν βλάβει ψυχῆς τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστεω δι' αὐτῷ παραδεχομένους*), contingebat, ut eodem illo persecutionis tempore virtutis Christianae excellentia eminent.

Ecquis est, quin ex hoc uno loco, quale fuerit Origenis magistrum, penitus intelligat? — Unum Origenem, dimotis vexationum metu omnibus, non qui essent magistri, sed qui esse potuissent, deprehendimus Alexandriae catechetam, non majorem collegii frequentiam. Ad illum confluunt gentiles, non ut affecta alibi sapientia sibi perficiatur, sed ut primis fidei rudimentis imbuantur: ipsum persequitur hostilis infidelium insania, non quod artificiosa humani ingenii face, sed velut naturali divini evangelii luce porrecta ingentem contuentium multitudinem deliniat: politos liberali doctrina et philosophos non obscurioris alicujus scientiae specie ad captiosa studia allectat, sed splendido virtutum exemplo ad fidem salutarem convertit: neque discipuli inani scientiae tumore gloriosaque ostentatione efferuntur, sed fidem veram per magistrum adepti virtutum ejus effigiem vitae imitatione exprimunt. Ecquae dubitatio est, quae nondum omnis fere de catechético munere, qualem vim et apud ipsum Origenem et apud Eusebium habuerit, videatur sublata? Ecquis sollicitus et suspensus, qui non in hoc uno loco prope acquiescendum sibi censeat?

Sed age pergamus! C. 4. Eusebius ex Origenis discipulis nominat eos, qui martyrii palmam consecuti sint: inter hos Heracliden *ἐτι κατηχούμενον*, Heronem *νεοφωτιστον*, et vero etiam Heraïda mulierem, item *ἐτι κατηχουμένην*, quam ipse Origenes *τὸ βάπτισμα τὸ διὰ πυρὸς λαβῶσαν* dixerit. Subsistimus paullisper. Ergo distinguunt Eusebius quoque solenni omnibus, quotquot sunt, patribus differentia catechumenorum a baptizato; quod discrimen dubito num recte Guerikius (p. 101) attenderit. Origenes initiamentis informabat tirones, donec sancto lavacro lustrarentur, eosdemque recens lustratos in disciplina aliquamdiu retinebat. — Sed obsecro quid hoc est? etiamne mulieres in scholam suam admissas iisdem praeceptis atque in una cum viris institutione format? Format sane: et ut melius queat *μὴ ἀνδράσι μόνον, καὶ*

γυνᾶιξι δὲ τὰ θεῖα προσομιλεῖν, ratus simul, salutifero se verbo obediturum, corpus suum evirat (c. 8.) quod facinus verissimo iudicio Eusebius dicit *φρενὸς μὲν ἀτελοῦς καὶ νεανικῆς, πίστεώς γε μὴν ἰμοῦ καὶ σωφροσύνης μέγιστον δείγμα περιέχον.* — ³⁹⁾ Possit hic alicui in mentem venire temporis illius, quo Marcus olim Alexandriae evangelium praedicasse perhibetur. Nam tum quoque non virorum modo, sed etiam mulierum magnam multitudinem Christo nomen dedisse legimus apud Eusebium 2, 16. Possit aliquis inde velle concludere, ita singularem quandam mulierum Alexandrinarum naturam tulisse, ut facile novae doctrinae semina conciperent: quanquam de feminarum quidem numero a Marco edoctorum ne fides Eusebio habeatur, gravis deterret error, in quem prolabi auctorem statim animadvertimus, ubi Christianos cum Philonis Therapeutis confundit. ⁴⁰⁾ At num possit quispiam de habitis ab Origene scholis theologis cogitare, quibus mulieres eaeque ne elementis quidem satis tinctae

³⁹⁾ De controversia, quam laudatores istius sive exectionis sive exiccationis cum vituperatoribus habuerunt, Huetium mallem Eusebium vel iudicem idoneum vel arbitrum sibi haud secus atque aliis posuisse potius, quam ut non tam dirimeret litem inter Baronium, omnia quaecunque vel contra fictam catholicorum canonum auctoritatem videantur repugnare, acrius persequentem, Eusebiique iudicium sinistra interpretatione pervertentem (ad a. 230. T. II. p. 349. 50.) et inter Halloixium quicquid clienti objicitur, coeco quodam patrocinio repellentem (Orig. def. Lib. 4. quaest. 9), quam proprium dicturus sententiam Originem tanquam ipsius iudicio convictum condemnaret. Hic enim posterioribus cogitationibus non longe diversis illis ab Eusebio eos, qui locum Matth. 19, 12 non anagogice intelligerent, corporisque castrationi ἀπὸ φόβου μὲν τοῦ πρὸς θεὸν ἀνεπιστημόνους δὲ se subicerent, diserte improbavit (Comment. in Matth. T. 15. p. 367. A.)

⁴⁰⁾ Nota in vulgus pariter res ista, et conclamata hodie est. Quis nescit, quantopere Eusebius praecipue a Jos. Scaligero, severo errorum ejus castigatore, qui nullum ecclesiasticorum veterum illo plura ad historiam Christianismi contulisse, nullum plura errata in scriptis suis reliquisse, nullius plures hallucinationes hodie extare dicat, tantum non flagris vapulaverit? V. De emend. temp. (Gen. 1629, l. 6. p. 538. 9.) Elench. trihaeres. Nic. Serrar. c. 27. cf. Valesius ad Euseb. H. E. 2, 17. Valesius de Eusebii quidem errore, suis etiam rationibus commotus, cum Scaligero plenissime consentit: at non vult cum Essenis

interfuerint? Et tamen Guerikii exemplo videre est, quo transversus abripiatur is, cujus mentem praejudicata semel opinio occupavit. Facit enim Origenem, ne ab academici professoris persona, invitissimo licet imposita, prohibeatur sustinenda, mulierum etiam viris immistarum consessui scholas nescio quas explicantem, cujusmodi quid de Wettium Basileae instituisse nuper acceperimus.

Verum progrediamur paullo longius! c. 14. 15 Eusebius auctor est, Origenem, postquam Roma, quo visendi antiquissimam ecclesiam caussa se contulerat, Alexandriam redierit, τὰ συνήθη τῆς κατηχήσεως ibi omni studio ac diligentia exercisse, sed ubi viderit, τῇ τῶν προσόντων κατηχήσει una cum aliis studiis, in quae simul incumberet, se non amplius sufficere propter nimiam ad se ventitantium affluentiam, Heraclam κοινὸν τῆς κατηχήσεως adsumsisse, eique mandasse τὴν πρώτην τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν, ⁴¹⁾ sibi autem reservasse τὴν τῶν ἐν ἔξει ⁴²⁾

Therapeutas confundi. Quorum utrorumque sectae cum hodieque parum discernantur, campus videtur patefieri, in quo exsultare oratio et excurrere liberius possit. Sed ipse in tam exiguum gyrum eam compello, ut satis hic esse putem verbo monere, etiam errorem Eusebii fructuosum nobis esse, non solum ad intelligendum magis, quam falsam verorum, etiam antiquissimorum, Christianorum imaginem Eusebiana aetas in Judaeorum haeresi intueri se crediderit, sed etiam ad cognoscendum paullo melius Christianae ascesis rationem, ad accuratius explorandum, quantum omnino Judaeorum Aegyptiorum instituta ad Christianorum et vitam et doctrinam constituendam valuerint,

⁴¹⁾ De vocabulo εἰσαγωγή cf. Suic. v. εἰσάγειν p. 1041: τὴν ἀκρόασιν autem non de poenitentium gradu (cf. Suic. p. 171.) accipiendum esse patet. Repeti potius vocis significatio debet ex usu Aristotelis, qui τοὺς ἀκροατικοὺς λόγους opponebat ἔξωτερικοῖς v. Gell. Noct. Att. 20, 5. Inde ἀκρόασις disciplina est, ad quam non quilibet e populo admitteretur, sed qua fruerentur discipuli interioris admissionis, qui plus jam promoverant in discendi studio, quorum ante ingenium et eruditionis elementa explorata essent, quique ἀκροατῶν nomine proprie insigneabantur. Cf. Salmas. comment. in Epictet et Simplic. pag. 227 ss. Wytenbach. epist. ad P. G. Heusdium in opuscc. sel. ed. Friedem. T. 1, p. 154-5.

⁴²⁾ Quinam sint οἱ ἐν ἔξει, discas ex Epist. ad Hebr. 5, 14, ad quem locum v. Grotii annot. Wolfii cur. philol. Ipse Origenes dicitur Eusebio H. E. 6, 36 μεγίστην ἤδη

ἀκρόασι. — Gradum sistimus; confecta via est, nobis quidem tam simplex visa et aperta et directa, ut qui inde aberret, ultro eum deflectere clausisque oculis in devium erroris praecipitium ruere putemus. Quid enim? nonne solis luce clarius est, Origenem intra suae scholae parietes proprie rudes in doctrina Christiana discipulos habuisse, ne tum quidem rejectos, quum mole laboris obrutus ipse officii onere jam opprimeretur? — At enim non minus perspicuum est, post factam classium partitionem Origenem velut auditorium sibi extruxisse, in quo discipulis supra tironum humilitatem evectis haustam ex intima theologia disciplinam traderet. Quidni ipsius saltem scholam academiae spatiis, vel literarum potius theologiarum facultati, quam vocant, comparemus? — Fateor si a similitudinis hujus patronis tale quid prolatum esset, colorem quidem ac speciem quandam ei fuisse indutam. Sed sic quoque umbram tantum, non solidam et expressam effigiem teneri, sequentia, quemadmodum spero, planum facient. Primum *οἱ ἐν ἑξέσει* omnino sunt studio rerum Christianarum proveciores, verum ii tamen, quorum habitus cum peregrinorum atque hospitem in his rebus institutione copulari non incommode possit, Origenem enim nihil nisi indies auctus nimium auditorum numerus, qui non otii satis ei relinqueret, quod a docendi munere vacuum in suis ipsius studiis consumeret ad dividendum negotium scholasticum impulit. Intelligimus igitur vel eos, qui ex catechesis tanquam carceribus pridem emissi medium spatium decurrerent, vel qui a calce jam revocati per baptismatis aditum in novum quasi curriculum descendissent: in quibus utrisque mulieres etiam esse potuisse nemo negabit. Deinde post segregatos ab imperfactorum coetu perfectiores quid Origenem hos docuisse putabimus?

συλλεξόμενος ἐκ τῆς μικρᾶς παρασκευῆς ἔξιν, scribitque de se (Euseb. 6, 19) *ἐπεὶ — ἀνακειμένη μοι τῷ λόγῳ, τῆς Φήμης διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως ἡμῶν κ. τ. λ.* Luculentus prae aliis Eusebii locus est, quem Suiceri (v. *εὐάγω*) diligentiae debeo in praepar. Evang. 12, 1, p. 573-4, cui juvat adjungere ex Clement. Alex. Strom. 6, p. 651. C. ἢ συνάσκησις. (ἔγραφεται) ἔξιν (cf. 4, p. 529 D. 7, p. 729, C. 741. A) — 7, p. 735 D. τὸ τέλειον τῆς ἕξεως, ὃ ἐκ μαθήσεως καὶ ἀληθοῦς συνουσίσεως πολλῆς καθαρῶς ἐκτίσασθε p. 737. D. ἔξις γὰρ ἢ φρόνησις. cf. Hesych. v. ἔξις. — De oratorum ἕξει, quam Quintilianus (10, 1) per firmam facilitatem reddit, cf. J. C. T. Ernesti. Lex. Technol. Lat. Rhet. v. *facilitas*.

Procul dubio interiores illos ac magis reconditos sive sacrae scripturae, sive dogmatum singulorum sensus, quos tam crebro non nisi in horum velut obtutum integumentis suis vult evolvi ac nudari. Nam ejectam illam de theologicis disciplinis sententiam vix quenquam spero fore, qui adhuc tueatur. Quod autem et ad philosophicas attinet et ad eas, quas orbis quidam literarum complecteretur, ut tota res se habeat, paucis demonstrabimus.

Eusebius (6, 18.) prodit, Origenem tum bona indole praeditos etiam in philosophiam per usitati doctrinarum generis vestibulum introduxisse, tum multos e tardioribus minusque docilibus ad orbem istum disciplinarum perduxisse. Sane, si utramque hanc institutionem ad catechesis ambitum pertraxisset, conspiceremus in media schola catechetica non theologiae quidem professorem, sed qui gentilium et ingenuas artes et philosophiam profiteretur. At factum hoc non esse, constat ex notione, quam Origenem τῆς κατηχήσεως vocabulo subjecisse supra ostendimus: constat ex eo, quod a catecheticae scholae aditu nemo, quod sciamus, qui ex animo quidem meliora cuperet edoceri, et propter requiem, i. e. veram felicitatem, quae post hanc vitam speratur, Christianus esse desideraret, ⁴³⁾ arcebatur, ad alteram illam disciplinam ab Origene minime omnes intromittebantur: constat postremo inde, quod nobilissimi philosophi, qui studiose eum audiebant, non multum abfuisse dicuntur, quin praeter divinarum rerum scientiam profanae etiam philosophiae cognitionem perciperent: ⁴⁴⁾ quae cognitio igitur

⁴³⁾ V. Augustin. de catechiz. rud. § 24. cl. § 27. T. 6. p. 280-1. ed. Bened. Augustinus ne eos quidem prorsus repellit, qui non fieri Christiani velint potius, quam fingere, quique alio dicant proposito se ad suscipiendam religionem Christianam venisse, quam quod vere approbandum sit § 9.

⁴⁴⁾ Magnopere vereor, ne ipse Valesius, qui alios interpretes in vituperationem adducit, in eodem genere, quo isti, offenderit, Eusebianique loci (H. E. 6, 18) sensum non omnino assecutus sit. Verbum *προσέχων* non aliter accipiendum, atque Act. 8, 11. 12. 1. Tim. 4, 1. ut idem fere sit, quod *ἵεναι*, *προσείναι*, *Φοιτῶν* de discipulis ad magistrum itantibus, quemadmodum de hac ipsa re Origenes in epistola scribit apud Eusebium (H. E. 6, 19): *ἵπει — ἀνακειμένω μὲν τῷ λόγῳ — προσήεσαν ὅτε μὲν αἰρετικοὶ, ὅτε δὲ οἱ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων*

non pendebat ex ipsa doctrina Christiana necessario apta, sed quasi auctarium erat seu corollarium supra justam institutionis catecheticae mensuram adjectum. Scilicet per illud inprimis temporis spatium, quo inferiorem, si ita appellari eam fas est, catechumenorum classem Heraclae erudiendam commiserat, nec ipse quidem cessabat, utpote verbo Dei (τῷ λόγῳ) addictus, fidei Christianae notitiam impertiendo explere eorum, qui hujus desiderio affecti essent, expectationem (quod nisi continuasset negotium, nihil ei amplius cum catechetica schola fuisset: sed intermissum non fuisse, etiam inde patet, quod philosophos istos discendi initium cepisse e τῶν θείων capite comperimus): hoc igitur tempore, quum fama ejus increbrescente tam multi ad eum veniebant et liberali doctrina politi et inter philosophos nomen jam adepti, quos haud dubie simul cum haereticis posset si non statim, at mox ⁴⁵⁾ in τοῖς ἐν ἕξει numerare, et ipse plus operae laborisque collocabat in humanitatis literarumque studiis, atque in exquirendis philosophorum placitis, et alios pro sua quemque ingenii facultate partim philosophiae,

καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ κ. τ. λ. Neque haeretici et philosophi, Origeni operam dantes (προσέχοντες), particula μονουχοῖ a discipulis separantur. Ut enim Christophorus omnino perperam interpretatur: aliqua ex parte ab illo eruditi atque instituti fuerunt: ita etiam Valesius male juncta verba μονουχοῖ παιδευόμενοι falso vertit: fere ut discipuli. Sensus est: permulti, cum ex haereticis, tum ex philosophis Origeni sedulo operam dabant, praeter divina tantum non externae etiam philosophiae praecepta ab eo discentes. Quae posteriora cur exposita ab Origene fuerint, caussa subjungitur: quanquam in reddenda ea non tantam Rufinus quantam Valesius huic soli tribuit, videtur laudem meruisse, quum certe adolescentibus suis ingeniosis et lectioni satis deditis pravae isti de academia vel seminario opinioni patrocinetur. Eusebius tanquam eximii quiddam refert, nihil propius esse factum, quam ut haeretici et philosophi, etsi humanae jam sapientiae, ut par erat, utrique haud expertes, tamen in hac etiam ab Origene demum erudirentur.

⁴⁵⁾ Quam longe aliter agendum esset cum iis, qui aut doctorum libris exculi, aut de scholis grammaticorum oratorumque venientes ad societatem populi Christiani accederent, atque cum idiotis, et quam celerius illi ad perfectiorem aliquam scientiae absolutionem i. e. ad habitum aliquem perducendi essent, prudentissime docuit Augustinus l. l. §. 12. 13. p. 270 — 1.

partim reliquarum artium cognitione, ut ad sacram scripturam intelligendam admodum fructuosa imbuebat.⁴⁶⁾ Id autem cum faciebat eo proclivius, quo arctius habebat in se uno omnia conjuncta, omnino fines catechetico muneri publico, quanquam non severe praescriptos evagabatur, traducebatque discipulos ad ultteriores regiones, confines illis quidem et propinquas catecheticae scholae pomoerio, verum discludendas tamen ab hoc et separandas. Namque ibi tandem stratae pandebantur viae, quibus ad extremitatem quandam scientiae, in prima initia certe non cadentem, sectatores antistes deducebat. Quae viae quales fuerint, ut ductae ac directae, hujus loci non est indagare accuratius ac perscrutari. Tantum dicam, Origenem non easdem semper sive Alexandriae sive alibi iniisse,⁴⁷⁾ sed variasse e re nata, Alexandrinamque quae vere dici possit theologiam hac ratione tradidisse.

⁴⁶⁾ Eusebius etsi eorum, quae H. E. 6. 18 de Origene memorat, maximam partem ex ipsius Origenis epistola, c. 19 allata, haud dubie haurit, tamen fontem hunc purissimum reddit turbidiorum, quod, quum Origenes *μάρισα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ* quosdam ad se ventitasse scribat, ipse hos in *φιλοσόφους τοὺς μάρισα ἐπιφανείς* convertit, et quod, quum Origenes haereticorum et philosophorum frequentia diserte se commotum dicat, ut utrorumque decreta examinare constitueret, ipse rem ita immutat, quasi in institutam jam philosophiae disciplinam, qua erudire ex catechumenis aliquos soleret, Origenes novos illos discipulos receperit. Ceterum si quid adhuc documento opus sit, etiam ex isto Origenis loco (Eus. c. 19) quisque paullo oculatior videt, institutiones graecas, quae ad pleniorum Christianarum quoque rerum intelligentiam haud parvum afferre adjumentum putarentur, minime fuisse cum simplici catechesi conjunctas necessario, sed eorum quasi cumulum ad tempus ab uno magistro, quem alii discipuli, singulari ejus fama acciti, ad haec studia paene dicam adegerant, aliorum indoli tributum.

⁴⁷⁾ Viarum hanc diversitatem, qua mox a sacris literis ad profanas (Euseb. H. E. 6, 18), sicut ipse progressus erat (Euseb. 6, 2; cf. de Eusebio Emeseno Socrat. hist. eccl. 2, 9. Sozom. 3, 6 — de Juliano Socrat. 3, 1. Sozom. 5, 2. Theodoret. H. E. 3, 2.) — mox e contrario a profanis ad sacras ducebatur discipulos, (ut Gregorium Thaumaturgum ejusque fratrem Athenodorum Euseb. H. E. 6, 30. cf. Gregor. Thaum. orat. in laudem Origen. ed. Hoeschi. p. 10, ss.) non solum ex diversa hominum temporumque ratione manasse,

Denique divisam catechetica scholam in partes esse, et divisam ita, ut in aliquod tempus ab Origene factum scimus, tam singulare atque unicum est, ut geminae partitionis similitudinem frustra quaeras. Nam ne ista quidem consortio, qua praeter Originis et Heraclae par inusitatum etiam alii putantur ad ejusdem officii communitatem conjuncti et consociati fuisse, ⁴⁸⁾ nedum qua ad gradibus quasi diversam, certiore vel ex ipsa rei natura vel ex testimoniis petita auctoritate nititur. Videtur schola potius uni alicui doctori adeo adhaesisse, ut absente eo clauderetur, praesente iterum pateret; cum de nemine, qui ad peregrinantis in urbe Romana vicem accesserit, facta mentio sit, sed reducem ex itinere Origenem, hortante ac modo non supplicante Demetrio, solum docendi munus resumsisse legamus. Idem accidit, quum in Arabia, et tertio, quum in urbe Caesarea, quo propter suscitatum denuo bellum ex Aegypto profugus migraverat, aliquamdiu commoraretur: post quam commorationem demum a Demetrio Alexandriam revocatus solitum negotium sedulo gerebat (*τὰς συνηθείς ἐπετέλει σπουδᾶς* c. 19): nisi forte absentis locum jam tunc Heraclam, semel in muneris societatem receptum, implese malimus, quanquam decimo tandem, quo Severus regnabat, anno, quum Origenes Demetrii machinis urbe Alexandrina expelleretur, *τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον* Heraclae relictum Eusebius auctor est (6, 29.)

Quid his omnibus tandem, quae professoris cathedram vi et impressione evertunt, Guerikius opponit? „Prima ait religionis Christianae elementa illustrare catechetis non vetitum videri fuisse.” Non

sed ortam etiam inde putaverim, quod quamdiu catechetarum munus Alexandriae obtineret, disciplina ejus ea lege adstricta esset, ut discendi cupiditate ad se ad ductos primum omnium religionis Christianae elementa doceret, quod autem alibi, v. c. Caesareae, liberius ei agere doctrinamque magis ad singulorum auditorum accommodare necessitates liceret. Non desiisse idcirco eum consueta facere (*τὰ συνήθη πράττειν* Euseb. 6, 30) vix est, quod moneam.

⁴⁸⁾ Nomina eorum Guerikius p. 112 in tabula composuit, ex qua si cum falsis incerta atque improbabilia deleveris, duo tantum, Originis et Heraclae, videbis restare.

vetitum? Imo, ut quibus nihil prius faciendum esset, mandatum proprie, sive impositum, principale negotium, non illustrare haec initia, sed docere. Nam praeter Origenem Clementem quoque, quamdiu catecheticae scholae praepositus esset, operi vacasse eidem, cum aliunde clarius apparet, ⁴⁹⁾ tum significatur etiam Alexandri epistola, quam de nostro Clemente scriptam esse, vix potest in controversiam adduci (Euseb. H. E. 6, 11. cf. Guerik. p. 34): ubi praedicatur incrementum, quod domini ecclesia per eum i. e. per catechumenorum ab eo institutorum numerum ceperit. ⁵⁰⁾ At primarium, inquit, catechetis munus erat, ex ipsorum doctrinae copia promendi et communicandi, quaecumque ad libros sacros theologicasque literas accuratius perspicendum atque intelligendum conferrent (Guer. p. 101). Non credo incredibilia narranti, etsi satis curiosus, ut quaeram, quasnam, cur sic narret, rationes subjiciat. In doctrinae enim vocabulo non sino me impediri haerentem, quoniam quantumvis ab ea remoto aliquatenus tamen licet, qualis et quanta a doctore academico requiratur scientia, suspicando expedire. „In hanc, ait, sententiam conveniunt, quae de scholae praefectis enarrantur.” Sane quam dolemus iterum, non placuisse Guerikio, ut a verbis illis, quibus Eusebius suae aetatis catechetas describit, eorumque quasi imaginem delineat, exordiretur: fortasse haec sola, certo iudicio ponderata, quominus in errorem raperetur, inhibuissent. Sed suum, in quem semel a recta via deflexit, cursum persequitur: ego autem vestigiis ejus adhuc inhaereo, non ut simul cum ipso in errore verser, sed ut, quoad ejus fieri possit, ambo ad eum exitum, qui ambobus propositus est, et quo contendimus, perveniamus.

Pantaenum igitur, qui tanto ardore ac studio in verbum divinum flagrasse perhibetur, ut praeconium ejus apud Orientis populos, usque ad Indos progressus, fecerit, ideoque in verbi Evangelistis ⁵¹⁾ nu-

⁴⁹⁾ Alia argumenta illa, quibus utimur ad probandum, diligentius infra suo magis loco explanabuntur.

⁵⁰⁾ Euseb. l. I. ἐπιστήμῃ τε καὶ ἡδύγησε τ.)ν [τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν. de verbo ἀδύξαν v. not. sequ.

⁵¹⁾ Schleusnerus (Nov. Lex. Graecolat. in N. T. v. εὐαγγελιστής) hujusmodi evangelistas intelligit „doctores Christianos, qui — non tam prima doctrinae rudi-

meratur, quorum etiamtum complures divina apostolorum aemulatione incensi promptissimam voluntatem, operam, laborem conferebant ad verbi divini semina passim spargenda, latiusque in dies disseminanda,

menta tradebant, quam institutionem apostolorum continuare solebant, ut diserte tradit Eusebius in Hist. eccl. 5, 9 (10). — Mihi quidem, praeterquam quod origo vocis isti significationi parum respondet, Eusebius, quod pace viri doctissimi dixerim, videtur diserte tradere contrarium. Ait enim, tam promptam Pantaenum alacritatem ostendisse, *ὡς καὶ κήρυκα τοῦ κατὰ χριστὸν εὐαγγελίου τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔδρασαν ἀναδειχθῆναι*. Praeconem autem evangelii eum esse, qui primum ejus nuntium aliquo perfert, quo sensu Paulus ep. 1. ad Tim. 2, 7 *κήρυκα* se et apostolum et doctorem gentium in fide et virtute vocat, nemo non concedet. Atqui ex hoc praedicandi evangelium munere cognomen evangelistae etiam Pantaenum invenisse, vel sola particula *γάρ*, qua praecedentibus sequentia adnectit Eusebius, apertissime indicat. *Ἦσαν γὰρ εἰσὶν τότε πλείους εὐαγγελισαὶ τοῦ λόγου, ἔνθεν ζῆλον ἀποστολικῷ μιμήματος συναφῆσαι ἐπ' αὐξήσει καὶ οἰκοδομῇ τοῦ θείου λόγου προθυμούμενοι, ὧν εἷς γενόμενος καὶ ὁ Πάντανος κ. τ. λ.* Vix ergo quicquam haec verba dubitationis debebant habere: quamquam jam olim perperam intellecta non nescimus. Nicephorus enim sic transscribit: *πολλοὶ γὰρ καὶ τηνικαδὲ διέπραπον — ἐπὶ καταβολῇ καὶ αὐξήσει τοῦ θείου καὶ εὐαγγελικῆς σπόρου*: unde singularis vox *καταβολή* non erat a Strothio enotanda, quasi hac una Eusebii orationem variasset, reliqua omnia incolumia ac salva retinisset. Quam inversionem Christophorsoni margo praebet (ed. Colon. Allobr. 1612, p. 129) *οἰκοδ. κ. αὐξ.*, ea haud dubie ex mera conjectura fluxit. Scilicet *ὑπερον πρότερον* istud, quod Cicestrensis odorabatur, in ordinem videbatur cogendum, ut Musculo ex parte aemularis eloquenter certe posset vertere: „Erant autem, erant inquam ad id temporis complures verbi praedicatores et fideles nuntii, qui divino apostolorum imitandorum studio inflammati magna adjuncta cum ad verbum dei in animis hominum exaedificandum tum ad idem augendum afferebant.” — Etiam Valesium imponi sibi passum esse miror. Persuasissimum enim mihi est, cum ne *ἀποστολικὸν μίμημα* quidem alio, quam ad primum evangelii praconium trahi queat, Eusebium nomen *αὐξήσει* hic usurpasse eadem potestate, quam verbum *αὐξάνειν* habet Act. 6, 7, 12, 24, 19, 20. (cf. Schleusn. h. v. n. 6) *οἰκοδομήν* eodem sensu quo *οἰκοδομή τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ* legitur in ep. ad Ephes. 4, 12 (evangelistae v. 11 commemorantur), utrumque autem vocabulum similiter junxisse atque factum videmus l. l. v. 16 ubi Christus *τὴν αὐξήσειν τοῦ σώματος ποιεῖται εἰς οἰκοδομήν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ*, atque adeo, quo modo ipse locum Paulinum acceperit, testimonium perhibuisse. — Quod si ulla

hunc tam studiosum apostolici muneris imitorem si legimus et viva voce et scriptis divinatorum dogmatum thesauros exposuisse, ⁵²⁾ cathedrarium ⁵³⁾ statim theologum faciemus, qui theologicis etiam scriptionibus nomen suum illustrarit? — De libris ejus pluribus verbis disserendi infra locus dabitur. Sed neque ore tradidisse eum adseveramus systema, ut vocant, dogmaticum, quale solent hodie eo magis interdum obstupescere, quo plus addunt auctores atque afferunt de suo, ita ut omnia fere propria sua esse velint, et praeter verba vix quicquam divini relinquatur. Apparet hoc, ne catechetæ notionem, aequè a ceteris patribus atque ab ipso Eusebio informatam, iterum ac saepius repetendo fastidium lectori creemus, etiam ex eo, quod Eusebius (c. 11.) exercitatione in Sacra Scriptura Clementem simul cum Pantaeno magistro usum ait, eundemque sinceram apostolicae doctrinae traditionem

adhuc res cujuspiam animum in hac causa dubium fecerit, collatus alter Eusebii locus H. E. 3, 37 omnem ei dubitationem tollet. Sermo enim ibi est de apostolorum discipulis, *οἱ — τοὺς κατὰ πάντα τόπον (i. e. passim) τῶν ἐκκλησιῶν προκαταβληθέντας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐπωκοδόμουν, ita tamen, ut simul essent ἀὔξοντες εἰς πλεον τὸ κήρυγμα, καὶ τὰ σωτήρια σπέρματα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνὰ πᾶσαν εἰς πλάτος ἐπισπεύροντες τὴν οἰκουμένην. Καὶ γὰρ δὴ πλείους τῶν τότε μεθῆτων — ἀποδημίας τελλόμενοι ἔργον ἐπετέλουν εὐαγγελιστῶν, τοῖς ἔτι πάμπαν ἀνηκόοις τοῦ τῆς πίστεως λόγου κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμούμενοι, καὶ τὴν τῶν θεῶν εὐαγγελίαν παραδιδόναι γραφὴν ὅτιοι δὲ καταβαλλόμενοι κ. τ. λ.*

⁵²⁾ Euseb. H. E. I. 1, ὁ Πάντανος ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τελευτῶν ἐγγέται διδασκαλείου ζώσῃ Φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμῶν τοὺς τῶν θεῶν δογματικῶν θησαυροὺς ὑπορηματίζόμενος.

⁵³⁾ Cathedrarium, quod vocabulum a Seneca (de brev. vit. c. 10) mutuatum, non tam eum intelligi velim, qui „literarum intemperantia quadam laborans non vitae, sed scholae didicit,” (Senec. ep. 106), quique „verbis tenuis, factis procul.” (Gell. N. A. 17, 19) doctrinam Christianam tradit, quam eum, qui in professoris sella sedens non pro simpliciorum captu praecepta Christiana sermone ad vulgarem popularemque sensum accommodato exponit, sed arte quadam adhibita subtiliorem et a vulgari intelligentia remotiorem theologiam agit. — Lutherum theoreticos theologos appellasse cathedrarios ex Rechenbergio memorat J. G. Walchius in Exercitat. de orthodoxia cathedraria. v. Miscell. ej. sacr. p. 756.

ab hoc acceptam retulisse.⁵⁴⁾ Huc accedit, quod Hieronymus (catal. c. 36) magnam ejus eruditionem in scripturis divinis laudat, quodque Nicephorus divinorum dogmatum expositionem de explanatis scripturis intelligit.⁵⁵⁾ Has rationes omnes si colligimus, ne tenuissimus quidem scrupulus residebit, quasi dogmatibus illis a se ipso Eusebius dissideat cumque aliorum patrum usu discordet,⁵⁶⁾ ac non vere apostolicis et

54) Eusebius ab ipso Clemente Pantaenum existimat significatum in Strom. 1. p. 274, ubi auctor, quos audire sibi contigerit, viros enumerat, qui τὴν ἀληθῆ, inquit, τῆς μακαρίου διδασκαλίας ἀζόντες παράδοσαν — ἦμον δὲ σὺν θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐνεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταδιδασκόμενοι σπέριμα. — Utrum obscuriorem significationem, quam alii aliter interpretati sunt, Eusebius recte an secus intellexerit, hic quidem nihil refert scire, cum id tantum quaeratur, quibusnam rerum sacrarum studiis deditum Pantaenum putaverit.

55) Nicephori verba (4, 32) aliquam offensionem habent. Pantaenus πολλοῖς, inquit, κατορθώμασι διαλάμψας ἄχρι δὲ καὶ ἐς τέλος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκείνης ἡγεῖτο διατριβῆς, καὶ ζωῆς γλώσσης καὶ σοφοῦς ὑπομνήμασι τῶν θείων δογμάτων τὰς γραφὰς ἀναπτύσσει. Posunt apud hunc scriptorem αἱ γραφαὶ τ. θεί. δογμ. vel singula scripturae sacrae loca esse, quibus divina dogmata contineantur (cf. Suicer. v. γραφή I. 1. T. 1. p. 784), vel quod ad sensum melius ad verbum pejus est, universa Sacra Scriptura, quae divinis dogmatibus constat. Nescio tamen, an aptius ὑπομνήματα τῶν θείων δογμάτων jungantur. Quid proprie ὑπομνήματα sint, explicat Budaeus in Comment. lingu. Graec. p. 240 ex Anthonio in Praedicamenta Aristotelis: quem locum p. 919 demum inserit. Omittimus eam vocabuli vim, qua acta significat, v. Budaes. p. 241. Vales. ad Euseb. H. E. 1, 9, 7, 11. Meurs. Glossar. v. ὑπομνηματογράφος. Sed ut apud Suidam ex Eusebio ὑπομνηματίζειν τι εὐαγγέλιον est interpretari evangelium scriptis commentariis (Budaes. p. 240 cf. Phot. cod. 229. p. 788 ὑπομνήματα ἐν οἷς τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὑπομνηματίζει): ita ὑπομνήματα δόγματος possunt esse commentarii in dogma (cf. Fr. Sylburg. in Etym. M. p. 160, 33), quales a Pantaeno scriptos esse Nicephorus arbitratus sit; — aut sunt denique commentarii divina dogmata complectentes, ut ὑπομνήματα τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας apud Eusebium H. E. 3, 37, ubi verba τῶν ἔτι καὶ νῦν εἰς ἡμᾶς δι' ὑπομνημάτων τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἢ παραδόσεως φέρεται Musculus omnium accuratissime sic vertit: quorum etiamnum per apostolicae doctrinae monumenta ad nos usque traditio adfertur.

56) Non morabitur nos discrimen, quod Basilius M. aliique (v. Suic. voc. δόγμα p. 934) inter δόγματα et κηρύγματα statuerunt, alii non observarunt

antiquis doctoribus adnumerarit Pantaenum, sed doctis, apud quos simplex illa et aperta verbi divini virtus haud raro in scientiam vertitur obscuram et sollertem.

Clementem Alexandrinum, secundo loco positum, Eusebius (H. E. 5, 11) dicit ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενον, scil. τῷ Πανταίῳ, ut recte sententiam explet Nicephorus (4, 33): qui tamen cum adjungit καὶ τὸν ἴσον δρόμον ἐκείνῳ καὶ τὴν σπουδὴν ἐπὶ διαίτῃ καὶ τῇ διατριβῇ κεκτημένον eandem exaggerat atque amplificat adeo, ut in ejus circuitum rem alienissimam, ascesis genus, quale ipsius animo ex seriorum temporum moribus proxime obversabatur, inepte cogat. Eusebius simile, atque de Origene (H. E. 6, 3), nihil nec de Pantaeno, nec de Clemente praedicat, eamque exercitationis communitatem, quae inter utrumque intercedebat, ad Sacrae Scripturae studium refert: quod non solum sueto catechetæ officio et muneri non repugnare, sed suggerere etiam copiam ac praesidia, quibus instructus quis ac paratus ad catechizandos rudes venire deberet, non puto demonstratione indigere.

De Origene quaestionem non modo profligatam sed ad exitum jam adductam existimamus. Nam quid ad Guerikii causam momenti habeat locus Eusebianus (H. E. 6, 8), ubi Origenem legimus indefesso labore dies noctesque docendi munus suum secure omnibus se adeuntibus praestitisse, atque omne otium tempusque studiis divinis et eru-

ut apud Photium cod. 256 p. 1412 Metrophanes et Alexander τὸν εὐγενῆ σπόρον τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων καὶ συνοδικῶν κηρυγμάτων διδασκασίαν, neque usus iste, quo τὸ δόγμα praecipuo quodam sensu religionem Christianam significat, v. c. apud unum Sozomenum sexcenties ita obvium; quamquam huic dogmati Synesius ep. 5 p. 170. C. Petav. etiam τὸ θεῖον addit. Sed τὰ δόγματα quoque apud patres intelligi de religione Christiana posse, satis probatur eo, quod et Theodoretus et Theophylactus pluralem hunc numerum in ep. ad Ephes. 2, 15 ad Col. 2, 14, etsi falso, interpretantur per εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, πίστιν, εὐαγγελικὰ δόγματα, τῆς πίστεως δόγματα (cf. Suic. p. 932—3). Ita etiam, ut loca omittam, ubi ecclesiae dogmata s. apostolica planius opponuntur haereticis, Cyrillus Hierosol. (ap. Suicer.) pietatem ait constare ἐν δογματικῶν εὐσεβῶν ἀκριβείῳ καὶ πράξεων ἀγαθῶν, neque δόγματα χωρὶς ἔργων deo placere: et Photius cod. 231 p. 888 in Sophronio Hieros. laudat τῶν ἱερῶν δογμάτων οὐ τὴν τυχοῦσαν μάθησιν.

diendis discipulis impendisse impigre, ⁵⁷⁾ me quidem prorsus fugere non diffiteor. Ea potius animadverto ex hoc loco contra venire, quae labefactent adversarii causam et oppugnent: alterum illud ipsum, quod laborem suum non a christiana doctrina jam instructoribus, sed omnibus, quicumque in ipsius disciplinam se tradituri accederent, impertivisse dicitur, alterum, quod divina illa studia a magisterio ejus eodem discrimine, quo c. 15 ἡ τῶν θείων βαθυτέρα σχολή ἢτε ἐξέτασις καὶ ἐρμηνεία τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀ τῆ τῶν προσόντων κατηχήσει separantur. Habebant res distantes aliquam quidem necessitudinem secum et cognationem, non autem vinculis necessariis, quae catechetarum nulli aut relaxare, aut dissolvere plane liceret, ne Alexandriae quidem poterant adstrictae et colligatae teneri. Nimirum aliud est, instituendis indoctis

57) — τὸ τῆς θείας διδασκαλίας ἔργον εἰς ἕπαντας ἀφυλάκτως τοῖς προσόντως νόκτωρ καὶ μεθ' ἡμεῶν ἐπετίλει, τοῖς θεοῖς ἀόκως-μαθήμασι καὶ τοῖς ὡς αὐτὸν φοιτῶσι τὴν πᾶτων ἀνατιθεῖς σχολήν. — Vocabulum ἀφυλάκτως quantas turbas dederit, vide sis in Valesii nota ad h. l. Rufini versio, quae maxime illi arrisit, tota haec est: „tunc porro Origenes apud Alexandriam (doctor ecclesiae valde clarus habebatur) omnibus, quos fama ejus ad audiendum eum convenire provocabat, verbum Dei praedicans, sicut Apostolus dicit, opportune importune, per diem per noctem, publice et privatim, velut abscis omnibus impedimentis, liber prorsus et cum omni fiducia rem gerebat.” Ex multiplici hac et varia farragine, qua Rufinus unam et simplicem vocem obruit ac quasi suffocat, Valesius eligit suum „libere jam et absque ullo impedimento”: quale impedimentum mali rumoris atque invidiae cautione Origeni illatum arbitratur. Equidem rursus vereor, ut perspectis aliorum erroribus ipse verum viderit. Etenim ut cautio nonnunquam possit impedimentum esse, tamen cum, quod facinus familiarium plerosque volebat latere, de eo certe magis etiam infidelium vulgus celare cogitaret, vetere cautione non solutus ac liber, sed nova etiam occultandi auctus atque impeditus videri possit. Sed quicquid hujus est, vertendum quidem utique erat „incaute”: quod vocabulum perhorruerunt fortasse interpretes, ne, quod incaute Origenes faceret, inconsulte videretur ac stulte factum. At tamen omnino incaute agebat Origines, seu si mavis secure, non ab obtreptatorum gentilium calumnia, sed ab alio hoste Christiano. Demetrius enim episcopus Alexandrinus initio quidem, postquam rem rescit, Origenis alacritatem et fidei sinceritatem collaudaverat, jusseratque eum bono animo esse: verum non multo post malevolentia suffusus coepit literis ad omnes episcopos

adhuc atque christianarum rerum omnium ignaris parem esse, aliud in studiis altioris eruditionis cognitionisque ita esse versatum, ut doctiores jam ac peritiores, qui vel ad summum honoris in ecclesia gradum elati sint, discipulos possis accipere, eosdemque dimittere et uberioris et abstrusioris scientiae instrumento locupletatos. Tali doctrinae facultate Origenem nemo nescit super cetera vixisse mirifice, unumque omnium maxime excelluisse ita, ut non Firmilianus modo, Caesareae Capadocum episcopus, Caesaream Palaestinae ad Origenem profectus, quo plus proficeret in rerum divinarum intelligentia, aliquamdiu apud eum maneret, sed Theoctistus etiam,⁵⁸⁾ hujus ipsius urbis, in qua domicilium

scriptis facinus proscindere, totanque adversus Origenem ecclesiam concitare, conatus simul iisdem criminationibus comprehendere episcopos, qui eum ad presbyterii dignitatem evexerant. Ταῦτα μὲν οὖν, Eusebius pergit, μικρὸν ὕστερον ἐπράχθη. Τότε γὰρ μὲν ὁ Ὀριγένης — ἀφυλάκτως — ἐπετέλει i. e. ut ego interpretor, tunc quidem Origenes opus suum peragebat incaute seu secure, quia tutum se putabat ab inimicitiiis ejus, qui ipsum, ut confideret, exhortatus esset, sive cum Rufino, qui ex varietate sua et mihi eligendi dedit optionem, „liber prorsus (a metu) et cum omni fiducia rem gerebat.” Verba ἀφύλακτος, ἀφυλάκτως, ἀφυλακτεῖν usitata inprimis esse de iis, qui ab hoste sibi non caveant, idoneis exemplis demonstrat Sturz. in lex. Xenophont. — Ceterum Rufini versio simul potest aliis praecepti Paulini (in ep. 2. ad Tim. 4, 2) interpretationibus, quas e patribus excerptas Suicerus (Thes. T. I. p. 146) recenset, apponi.

⁵⁸⁾ Euseb. H. E. 6, 27 — ὁ Ἀλέξανδρος Θεόκτιστός τε — τὸν πάντα χρόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν προσανέχοντες αὐτῷ οὐκ ἀδασκάλῳ, μόνον τὰ τῆς τῶν θεῶν γραφῶν ἐρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου πρῶττειν συνεχῶρουν. Plura hic locus habet tam ambigua, ut adhibendae explanationes sint. Primum τὸ προσανέχειν idem hic valere, quod verbum προσέχειν, non diu dubitabimus. Cf. Suidas v. προσανέχων. Albert. ad eand. v. apud Hesych. — Deinde ut τὰ λοιπὰ τ. ἐκκλ. λόγ. quam rectissime explicantur, interprete utimur ipso auctore qui c. 19 eandem sententiam exprimit verbis διαλέγεσθαι — ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας: quo spectat etiam Valesii nota. Praeter homilias enim, quae nihil nisi scripturarum expositionem continerent, aliae quoque publice habebantur in ecclesia orationes: quarum genus totum Origeni concessum est. — Hucusque expedita satis videntur omnia: sed jam incidimus in salebras, non natas tamen, sed fictas. Quippe temerariae manus fluere non siverunt orationem libere, verum interpunctione ita eam obstruxe-

Origenes collocaverat, et Alexander, Hierosolymorum episcopus, paene per totum tempus, quod ibi exigebat, operam ei, utpote magistro unico, darent, sacraeque scripturae interpretationem ac reliquam concionis in ecclesia habendae postestatem permitterent.

runt, ut haeremus in voce *μόνη*. Quid codices in loci distinctione variant, adnotavit Valesius. Adnotationem Strothius repetivit, incisumque cum Valesio posuit post *διδασκάλω* significans simul nihil referre, utrum verba *αἱ διδασκάλω* ad antecedentia, an ad sequentia trahantur. Mihi quidem neque honor probatur, quo episcopi Origenem solum tanquam magistrum auxerint, nec placet potestas, Origeni non ut magistro, sed soli tamen facta: quamquam in reddendo hoc posteriore sensu recentiores certe interpretes excepto Musculo consentiunt. At num fieri ullo pacto potuisse credemus, ut episcopi duo non veniam tantum per totas paroecias docendi publice dederint Origeni, sed eandem simul omnibus seu laicis seu sacerdotibus ademerint? — Ne multa: sublato commate, cujus saepimento *διδασκάλω* male distinctur a *μόνη*, et juncto utroque vocabulo cum participio *προσανέχοντες* omnia videbis sine offensione procedere. Applicabant se episcopi ad Origenem, quippe magistrum unicum, qui caeteris omnibus plurimum praestaret, et a quo ipsi possent edoceri. Similiter Gregorius Thaumaturgus (orat. in laud. Orig. ed. Hoesch. p. 22) nihil in sacris effatis non intellectum dicit Origeni, *ὅστας ἔχοντι μόνη τῶν τῶν ἀνθρώπων*, quos ipse noverit, et de quibus ab aliis audiverit. Etiam Rufinus videtur locum nostrum sic intellexisse vertendo: „et Alexander — et Theoctistus — omne paene vitae suae tempus (*τὸν πάντα χρόνον* male eum percepisse perspicuum est) ad audiendum eum mancipabant, atque ipsi soli in divinis scripturis et ecclesiastica doctrina summam magisterii concedebant.” Minus dubitanter de Nicephoro idem liceat affirmare, nisi forte id, de quo quaestio est, nimis obscuraverit hac circumlocutione (5, 20): *αἱ διδασκάλω καὶ τινι κρείττονι ἢ περ τῆς καὶ ἡμῶς φύσεως προσανέχοντες*.

J a h r e s b e r i c h t

betreffend das Gymnasium zu Stettin, während des Schuljahres von
Michaelis 1825 bis dahin 1826.

Das Gymnasium zu Stettin hat auch in dem verflossenen Jahre den hohen Zweck seiner Bestimmung zu erreichen sich bemühet, und der Allgütige liess diese Bestrebungen nicht ungesegnet seyn. Die Lehrstunden sind von den Lehrern mit gewissenhafter Treue abgewartet und von den Schülern mit beifallwürdiger Regelmässigkeit und Ordnungsliebe besucht, überall ist von Lehrern und Lernenden ein so treuer Fleiss zu Tage gelegt worden, dass der Rückblick in das vergangene Schuljahr unsere Herzen mit Dank gegen den Allerhöchsten erfüllt, der die Lehrer mit Kraft und Amtsfreudigkeit ausrüstete, um einem Beruf zu genügen, der nur dann gedeihen kann, wenn kollegialische Freundschaft die Lehrer, wenn Friedsamkeit, Verträglichkeit und willige Folgsamkeit die Schüler mit den Banden der Liebe umschlingt und wenn diese Alle nur der Eine Gedanke und das Eine Gefühl belebt: die Schule sei ein Pflanzgarten Gottes, bestimmt, auszustreuen den Saamen nützlicher Erkenntniss und frommer Gesinnung, der aufwachsend in einem irdischen Daseyn reifen solle für die Ewigkeit.

Die bedeutende Schülerzahl, deren sich unser Gymnasium zu erfreuen hat, mag zwar immer als Beweis eines ehrenvollen Vertrauens gelten, welches unsere Stadt und Provinz bis dahin dieser Schule geschenkt hat; es möchte indessen die grosse Frequenz einer Schule nicht mehr wie vormals, einen ganz unzweideutigen Schluss auf die innere Güte der Schule gestatten, denn fast alle Gymnasien leiden an Überfüllung, indem in Folge der neuesten Zeitereignisse ein Streben nach allgemeiner wissenschaftlichen Ausbildung sich der Genossen aller Stände bemächtigt hat, wodurch das Hinzuströmen zu den Hörsälen der Gelehrtenschulen veranlasst wurde. Lehrer und Schüler sind dadurch in nicht geringe geistige und körperliche Bedrängniss gerathen. Kaum können die Schulzimmer die Schüler fassen, kaum vermögen die Lehrer auf die Individualität der ihrer Bildung anvertrauten Zöglinge den eindringenden Fleiss zu verwenden, der so wohlthätig auf geistige und sittliche Fortschritte einer geringern Schü-

lerzahl zu wirken pflegt. Zwar sind die Auskunftsmittel um diesen Uebeln zu steuern leicht ausgesprochen: Erweiterung der Schulgebäude; Trennung der überfüllten Klassen; Ansetzung neuer Lehrer; oder gar Trennung der überfüllten Studienanstalten in mehrere abgesonderte Gymnasien — aber einleuchtend sind auch die Schwierigkeiten die sich der Ausführung dieser so nahe liegenden Vorschläge entgegenstellen, und man weiss ja wie Jahre vergehen, ehe auch nur den schreiendsten Bedürfnissen in Organisation des Schulwesens abgeholfen werden kann. Auch der Berichtstatter hat in Beziehung auf das hiesige Gymnasium ähnliche Klagen zu führen. Noch immer fehlt es dieser Schulanstalt an einem den dringendsten Bedürfnissen abhelfenden Schulgebäude, und in den glühend heissen Tagen des verfloffenen Sommers hat er nicht ohne wehmüthige, herbe Empfindung in den glühend heissen Zimmern Lehrer und Lernende von der ermattenden, durch Ueberfüllung der Klassen verstärkten Hitze leiden sehen, und selbst gelitten. Sollte die Vorsehung es ihm ver gönnen die Legung des Grundsteins zu diesem langersehnten Gebäude zu erleben: so würde er seine Amtsnachfolger und die nächsten Schulgenerationen glücklich preisen können, über das liebliche Loos welches ihnen zu Theil wurde.

Die Trennung der dritten Klasse, die im nächsten Cursus über 70 Schüler zählen wird, ist hoffentlich nicht fern, und dadurch wird eine der wesentlichsten Verbesserungen unserer Schulanstalt bewirkt werden.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht der Lehrstunden, welche in dem Schuljahre von Michaelis 1825 bis dahin 1826 von den Lehrern des Gymnasii ertheilt worden:

Der Unterricht in der Religion wurde in den vereinten beiden obern Klassen in zwei wöchentlichen Lehrstunden nach dem Niemeyerschen Lehrbuche von dem Herrn Consistorial-Rathe Dr. Schmidt ertheilt, und wurde im verfloffenen Jahre die historische Uebersicht bis zur Kirchengeschichte des 19ten Jahrhunderts fortgeführt.

1. Dr. Friedrich Koch,

Director und Professor.

Im verfloffenen Schuljahre wurden in Prima in zwei wöchentlichen Stunden Cicero's Verrinische Reden und zwar ein Theil des 4. Buches und vom 5. 1—26. Cap. erklärt, wobei Quintil. Or. Instit. Stellenweise zur Erläuterung der Theorie der Beredsamkeit benutzt wurde. — 2 Stunden waren der Einleitung zum Studium der Philosophie, und 2 der Rhetorik verbunden mit practischen Uebungen im deutschen Styl und im mündlichen Vortrage gewidmet. Am Schlusse eines jeden Halbjahres wurde den Abiturienten eine vorbereitende Einleitung zu den akademischen Studien gegeben.

2. *Johann Heinrich Jantzen*, Professor.

Ordinarius in Secunda.

In Prima: Hebräisch 2 St. w. in der einen Compositionsübungen, in der andern wurde Ps. 10. 23. 24. 27. 38. 39. 40. sodann Hoseas und das Buch Ruth statarisch gelesen. — In Secunda: Latein. 4 St. w. 2 Exercitia — 2 zur Lesung von Sallust's Jugurtha zweite Hälfte und der ersten Hälfte des Catilina; überdies Römische Antiquitäten 1 St. w. — Griechisch: 1 St. Exercitia, 2 St. Homer's Ilias: den Schluss des 8. B. u. 9. 10. u. 11. fast ganz. — Hebräisch: 2 St. w. Compositionsübungen und die 2. Hälfte des prosaischen Theils des Lesebuchs von Gesenius. — In Tertia: Griechisch: 2 St. Jacobs Attika die letzten Abschnitte aus Xenophon und die erste Hälfte der Abschnitte aus Thucydides; 2 St. Homers Odyssee: den Schluss des 10. B. sodann das 11. u. 12. B. — Hebräisch: 2 St. w. Leseübungen und Grammatik; Erklärung der leichten Stücke aus dem pros. Th. des Lesebuchs von Gesenius.

3. *Dr. Karl Heinrich Wilhelm Hasselbach*, Professor.

Ordinarius in Prima.

